ANALYSIS TYPICA

Omnium cùm veteris, tum noui Testamenti Librorum Historicorum: ad intelligendam rerum seriem, & memoriam iuuandam accommodata.

AVTHORE

MOSE PFLACHERO, Sacræ Theologiæ Doctore.

Subiecta est METHODVS resoluendi quoscunque Authores.

CVM

INDICIBVS duobus: altero exegetico terminorum Græcorum: altero Rerum & Verborum accurato.

EDITIO QVINTA.

BASILEAE
Per LVDOVICVM REGEM.

M. DC. XXI.

Sum Zachariæ Rosenbachij Med. D. & Theol. Herborni 1630.

ILLVSTRI ET GENEROSO DOMINO, DOMINO IVLIO

COMITI SALMENSI & NEOBVRGENSI, CAES. Conſ. &c. Domino ſuo in primis obſeruando.

CVM multa res, non inutiles, in Theologia, nequaquam ſatis adhuc explicata ſint, Illuſtris & Generoſe Comes: tum perdifficilis & obſcura quæſtio eſt de methodo, via, & ratione tractandi interpretandiq; ſacram Scripturam. Multi enim in eo errore conſtituti ſunt, vt ne artificioſè quidem tradi poſſe exiſtiment, propter inexplicabilem illam Spiritus Sancti vim, in ſacris Literis latentem, quæ omnem humanum captum longè ſuperet. Alij etſi id fieri poſſe intelligant: tamen fieri non debere cenſent: miſceri terram cælo, ſacra profanis: ineptum atque abſurdum eſſe, Spiritum Sanctum, eiusq; amanuenſes, Prophetas, Apoſtolos, aliosq; ſacros Scriptores in ordinem cogere, & ad ſuperſtitioſum Rhetorum dicendi artificium, Dialecticorumq; moroſas & ſpinoſas leges reuocare. Sunt etiam, qui arbitrentur, etiamſi talis artificioſa Scripturæ interpretatio, iuxta τρόπον παιδείας, ex Rhetorum & Dialecticorum præceptionibus inſtituatur: eam tamen nulla cum vtilitate Auditorum, vel Lectorum coniunctam fore. Atq; ad hanc ipſorum opinionem ſtabiliendam multi multa congerunt, quæ partim ex 2. Petri, cap. 1. partim ex Pauli 1. ad Corinth. cap. 2. & ad Coloſſ. 2. ſumuntur, quibus locis ſanctiſſimi Apoſtoli, & optimi tractandæ Theologiæ Magiſtri, moneant, ne arte compoſitas fabulas ſequamur, aut perſuaſoria humanæ eloquentiæ & ſapientiæ verba adhibeamus, aut eam Philoſophiæ partem, quæ nos depradatur. Obijciunt ex veteris Eccleſiæ Doctoribus, Nazianzenum, Dialecticos cum Moabitis & Ammonitis comparantem: Baſilium, Dialecticam bellatricem appellantem: denig; Tertullianum exclamantem miſerum eſſe Ariſtotelem, qui hæreticis Dialecticam inſtituerit, ſtruendi & deſtruendi artificem verſipellem.

His ſanè hominibus, quo artificioſa Scripturæ tractatio tam malè propitios habet, reſpondendum eſſe video, antequam ad ipſam Scripturæ interpretandæ rationem accedam. Et primò quidem hoc ipſis libenter damus, vim illam Spiritus Sancti inexplicabilem, in Rhetorum pigmentis & Dialecticorum vinculis non eſſe poſitam. Abſit enim à nobis iſta cogitatio, & tam exilis de ſacris Literis æſtimatio. Nam anguſtior eſt & ſublimior Theologiæ materia, quàm vt humanæ Philoſophiæ fundamento, vel corruptæ rationis iudicio nitatur. Verùm enimuerò non de re ipſa, & ſacræ Scripturæ ſubſtantiâ, quæ omnem humanum ſenſum longè excedit, quæſtio eſt: ſed de modo & methodo, quâ Sancti Dei homines ſuam doctrinam cæleſtem nobis tradenda, vſi ſint. Neq; enim Prophetas, Euangeliſtas & Apoſtolos μεθόδως dixiſſe, vel ſcripſiſſe exiſtimandum eſt. Equidem non elaborârunt illi ad oſtentationem, à qua per omnem vitam fuerunt alieniſſimi. Interim tamen certum eſt, eos non confuſo & perturbato dicendi genere, inſtar foliorum Sibillæ, vſos eſſe. Quomodo enim Legati Dei, qui Deus eſt ordinis, non confuſionis, nullum in oratione ſua ad genus humanum προσφωνητικὴν, ordinem tenerent? Videmus profectò ſanctiſſimos illos Dei Legatos in ſuis concionibus, alia ex alijs colligere, argumentari, accuſare, minari, ſolari, docere, mouere: quæ omnia præceptis Dialecticis & Rhetoricis ex-

plicantur. Et quòd Christus ipse argumentationibus vsus sit, cùm in suis tuendis, tum in aduersariis conuincendis, author est Augustinus contra Cresconium. Quis verò in vi argumentationum & probationum Paulo ueruosior? Quis in medio argumenti sumendo, & eo apto, diligentior? Quis in refellendo acutior? Quæ omnia sine aliqua artis Dialectica & Rhetorica ope, meo quidem iudicio, non euenerunt. Etsi enim Spiritus Domini per illos loquebatur: is tamen inusitato dicendi genere vsus non est, sed eo, quod hominum natura ad explicationem rerum necessariarum ipse indiderat, & quod per artes dicendi ille, qui omnium scientiarum & artium est author, hominibus largitus est. Neq; enim benè dicendi facultas Dialecticis & Rhetoribus accepta ferenda est: sed Deo, qui, vt hominem omnibus creaturis antepositum, ita singulari & eximio dono sapientia & eloquentia exornauit. Hinc D. Ambrosius lib. 4. epist. 63. non dubitauit asseuerare, eos, qui primi de arte dicendi scripserint, præcepta omnia ex diuinis libris collegisse. Et quamuis concederetur, sacros Scriptores, illa Rhetorum & Dialecticorum præcepta, in scribendo non obseruasse, nec ea secutos esse: quis tamen ab illorum scriptis scriptorumq; interpretatione remoueat ea, quæ in omni oratione diserta cernuntur? cùm illi Spiritum Domini secum haberent: cuius beneficio homines diserti sunt: cuius etiam instinctu artes illa inuentæ & traditæ sunt. Demus nos, (inquit Ambrosius) non scripsisse secundùm artem: at certè secundùm gratiam scripsisse fatendum est, quæ omnem artem longè superat. Quæ cùm ita sint, nullis sit verbo diuino iniuria, cùm artificium dicendi, quod in eo est, sancta cum veneratione obseruamus: neq; sacros illos Scriptores, Spiritus Sancti amanuenses, in ordinem cogimus, cùm ordinem, in scribendo ab ipsis obseruatum, in docendo interpretandoq; accuratè & religiosè sequimur: idq; exemplo præstantissimorum Theologorum, tum Græcorum, tum Latinorum, facimus. Videatur Augustinus in libro de Doctrina Christiana, vbi copiosè & luculenter ostendit, artium & Philosophiæ adminicula à Sacrorum commentatione non remouenda esse, sed potiùs dextrè & vtiliter vsurpanda. Legantur Conciones, Lucubrationes & Commentarij Basilij, Chrysostomi, Hieronymi, quorum summa est in explicando & declarando industria, ex ipsis artium & Philosophiæ penetralibus petita. Et quid opus est verbis? Euincit ipsa experientia, multò maiore dexteritate in sacris Literis, earumq; interpretatione versari, negotiorum seriem, rerum causas, initia, progressus, fines, circumstantias, argumentationes, & quæcunq; alicuius momenti sunt, perspicaciùs rimari atq; obseruare eos, qui aliquam Philosophiæ cognitionem habent, & bonis artibus imbuti sunt, quàm qui eas nunquam degustârunt.

Cap. 14.

Cap. 20.

Lib. 2 Epistolarum, ad Iustum scribens.

Iubet quidem Paulus vitare Philosophiam: At non verum dicendi artificium improbat, sed vanum fallendi artificium, & laqueos sophisticos, τὰς παγίδας, ques nectere solebant Hæretici, vt impios & Orthodoxos deciperent: quod ita esse, non solùm ipsa contextus Apostolici series, sed etiam vocabulum ἀπάτης, à Paulo vsurpatum manifestè declarat. Quòd verò idem Apostolus ad Corinthios scribens, Philosophicam humanæ sapientiæ & eloquentiæ eruditionem à se & pijs Ecclesiæ Ministris remouere videtur: non ἀπάτης accipiatur, quasi nullus omninò eius vsus esset in Sacrorum commentatione: sed accipiendum est κατὰ τὸ, quatenus crucem Christi reddit inanem. Extra hunc casum, res bona & amplissimum Dei donum est: quo instructi, quæ in sacro diuino verbo obscurè dicta videri possint, quæq; à multis perturbatè leguntur (cùm tamen illa summâ & optimâ Methodo tradita sint) certo ordine, certaq; ratione, dilucidè atq; perspicuè tractare & explicare possimus. Quamobrem sanè & præclarè dixerit Nazianzenus, Sophistas esse Ammonitarum & Moabitarum similes, qui à Templo Dei arcentur: modò simul agnoscamus, vera & recta methodi præcepta non cum Ammonitis & Moabitis comparanda esse, sed cum Tyrijs illis & Sidonijs, quorum opera ad Templum Domini exadificandum, Solomonem vsum esse, memoriæ proditum est. Laudetur etiam Basilius & Tertullianus, quorum ille artem σοφιστικὴν, laqueos hæreticos nectentem, hic verò παγίδα, probabilia dunsaxat consectantem, improbat: dummodò etiam D. Augustinus audiatur, de Ord. lib. 2.

lib. 2. cap. 12. Dialectica (intelligit veram illam καθαυτὸ docendi discendiq; rationem) est disciplina disciplinarum, qua docet docere at discere: quæ scit scire & alios scientes facere. Admittatur igitur Philosophia famula & pedissequa loco, non aliter quàm olim Abrahamo iuncta est ancilla Agar, cum qua rectè disserendi disciplina non ineptè conferri potest: Ius verò Domina integrum Theologiæ (quam pro Sara agnoscere possumus.) relinquatur. Vnde iam satis perspicuum euadit, ὅπερ παιδείας, artificium dicendi methodiq; præcepta adeò non alienæ esse à Sacrorum commentatione, vt non tantùm Auditori, siue Lectori, sed in primis ipsi etiam Interpreti maximè necessaria sint. Vaga enim & inconstans est ea omnis interpretatio, quæ χωλὰ ἐπὶ ξύλα incedens, numerum duntaxat versuum persequitur, non obseruatâ dispositione. Et enim quemadmodum Nauta, quibus tempestates cœlum & cynosuram eripuêre, nesciunt quò cursum dirigere debeant: ita qui ἀμέθοδοι, absq; solicitâ ordinis cura, Scripturam tractandam, interpretandamq; suscipiunt, non sine molestia, & fortassis etiam parùo cum fructu, in tota docendi ratione vagabuntur. Nam vt animal sine ratione esse non potest, neq; etiam viuere: sic cognitio rerum, absq; ordine, neq; constanter, neq; rectè doceri tractarive potest: quinimò neq; dici doctrina aut cognitio debet, sed rectiùs confusio & obscuratio. Et quoniam ordo est veluti quædam anima & vita: ideò qui sustulerit ordinem, continuò doctrinam rerum suæ essentiâ & vitâ priuabit. Valeant igitur, quibus nulla probatur, nisi Arbitraria illa, siue, vt vocant, Actuaria docendi sciendiq; ratio, in cuiusq; arbitrio posita. Quia enim infinitæ sunt hominum conceptiones & sententiæ: ob id quoq; modi & ordines docendi essent infiniti. Infiniti autem cum nulla sit scientia: tota illa Arbitraria docendi ratio, tanquam inutilis & molesta, è finibus Theologiæ arcessenda, & omnis Scripturæ tractatio atq; interpretatio certâ viâ & oratione suscipienda est. Philo in libro de Cherubim.

Quæ verò ratio optima sit, atq; iustissima, difficile est definire ex vnius sensu, in tanta etiam doctissimorum hominum varietate, atque ea de re dissrepantia. Sacram enim Scripturam diuersâ ratione & vario sensu exponi, alienum à veritate non est: imò fœcunditatem & multiplicem verbi diuini vtilitatem commendat. Sed quomodo, & quàm feliciter fieri id possit & debeat, consideratione dignum est. Historiæ Ecclesiasticæ lib. 2. cap. 17. ex philone refert Eusebius, fuisse quosdam, appellatos ἱκέτας, quasi dicas supplices, qui toti in perpetua rerum diuinarum contemplatione occupabantur: hos autem sic enarrasse Scripturas, vt allegoricis potissimùm expositionibus incumberent. Inde apud Dionysium Ecclesiasticæ Hierarchiæ scriptorem, cap. 2. quædam de Anagoge leguntur, eaq; interpretationi ceremoniarum, quarum tunc in Sacramentorum dispensatione erat vsus, adhibetur. Origenes verò arbitratus est, etiam quauis in Scripturis obuia, per allegoriam & anagogen appositè explicari, mirabilemq; licentiam id audendi, in Scholas & Ecclesias introduxit: quem aliquot deinde Græci secuti sunt. Inter Latinos Hieronymus ex Græcorum penu depromsit paria, sicut diuersis locis apud eundem videre licet. Enarrans Amos cap. 4. ait: Debemus Scripturam sanctam primùm, secundùm literam, intelligere, facientes in Ethica, quæcunq; præcepta sunt: secundò, iuxta allegoriam, id est, intelligentiam spiritualem: tertiò, secundum futurorum beatitudinem. Tantum Hieronymus. At verò Augustinus paulò aliter. Is enim in libro de Vtilitate credendi, cap. 3. & libro imperfecto de Genesi ad literam, cap. 2. quadruplicem sacrarum literarum exponendarum rationem ponit. Primam, secundùm Historiam, cùm videlicet docetur, quid scriptum, aut quid gestum sit; quid non gestum sit, sed tantummodò scriptum, quasi gestum sit. Secundam, iuxta αἰτιολογίαν, cùm ostenditur, qua de causa aliquid dictum, vel factum sit. Tertiam vocat secundum ἀναλογίαν, quâ vtriusq; Testamenti congruentia demonstratur. Quartam denique iuxta ἀλληγορίαν, cùm docetur non ad literam accipienda esse, quæ scripta sunt, sed figurate intelligenda. Quibus sanè verbis cùm Hieronymi, tum Augustini commemorantur diuersæ explicandi Scripturam rationes, quæ tamen ad quatuor membra reduci possint: videlicet ad sensum literalem, moralem, anagogicum, & allegoricum. Hinc verò fa-

dum est, vt quidam integras historias, imò libros integros, diuersis illis modis enarrandos susceperint. Quidam verò audacia progressi sunt, vt quicquid vsq; occurreret in sacris libris, per anagogas & allegorias interpretari conati sint: & id quidem non tantùm in historiis, in quibus id subinde fit cum gratia, verùm etiam in concionibus didacticis tam Prophetarum, quàm Apostolorum: imò etiam in præceptis & promissionibus, in quibus sanè, à simplici sensu grammatico nulla, citra periculum, fit digressio.

Lib. 3. sanctæ Bibliothecæ.

His expositionum generibus non contenti Scholastici Doctores, plura atq; penè innumera excogitârunt, atq; in Scholas & Ecclesias inuexerunt. Nam totam artem exponendi sacra Volumina diuidunt in tres partes: Definitiuam, Inuentiuam, & Dispositiuam. Definitiuam eam esse definiunt, qua diuina Scriptura sensus & expositiones describat: quò quadruplicem illum sensum, Literalem, Tropologicum, siue Moralem, Anagogicum & Allegoricum referunt. Inuentiua illis est ea exponendi ratio, qua iam descriptos diuinos Scriptura sensus inquirere doceat: quam tamen ipsam rursus diuidunt in Tropicam, Topicam, Chronologicam, Ethicam, Physicam, & Mathematicam. Dispositiuam appellant methodicam, qua inuentas sensuum expositiones in varias redigat methodos, quarum hæ sint præcipuæ: Translatio tetrapla, hexapla, octapla: Annotatio marginalis & interlinearis: commentatio, seu collatio continuata, vel interrupta: Epitome, Eglogę, Lexice, Paraphrasis, Rapsodia sensuum & locorum communium: item methodus Stigmatica, Syllabica, Notariaca, Sciographica, Tabellaria, Harmonica, Concordantiaria, Dictionaria, Historica, Postillaris, Epistolaris, Lecturalis, Sermonaria, Quæstionaria, Thematica, Compendiaria prosaica & metrica, Collectanea & Pandectiaca.

Ex recentioribus Theologis, qui sacram Scripturam tractandam interpretandamq; suscipiunt, ne illi quidem vnam eandemq; viam ingrediuntur. Quorundam interpretatio accurata, brevis & contracta est, qua sepositis iis, quæ ad mouendum & delectandum pertinent, simpliciter docet, detractâq; orationis veste, res ipsas enucleatè explicat, & argumenta nuda proponit: quam docendi viam etiam Scholastici illi proposuisse sibi videntur: sed minùs dextrè, & nullo cum fructu, imò cum maximo Ecclesiæ detrimento. Nonnulli ex Neotericis non illam breuem & succinctam docendi rationem sequuntur, sed instituunt tractationem plenam & vberiore stylo compositam, qua & rudes doceat, & doctos delectet, & tardos excitet ad doctrinam veritatis amplectendam, & vitam ex præscripto verbi diuini instituendam. Hoc genus docendi dicitur δημῶδες, populare, nullis legibus astrictum, sed liberum & vagum: quale est Paraphrasticum, quod authoris mentem alijs proponit verbis, saluo eiusdem sensu. Hoc si præstet paucioribus verbis, ἐπιτομὴ dicitur. Sin idem faciat pluribus verbis, quàm author fuit, μετάφρασις erit. Si liberiùs digrediatur, ὁμιλικὸν appellatur. Quo genere olim plurimùm vsi sunt Patres: hodie quidem in vsum reuocatum est, sed methodico genere instructum, quod olim separatum fuit. Cùm igitur tanta sit sacram Scripturam interpretandi etiam inter optimos & præstantissimos Theologos varietas & discrepantia: res sanè difficilis est, addo etiam temeritatis & inuidiæ plena, si quis vnus ex suo sensu definire velit, qua via & ratio sit omnium optima & iustissima. Quid enim hoc est aliud, quàm μεγαλοφρονεῖν, & de se sapere plus quàm oportet, hoc est, seipsum Censorem constituere doctissimorum & præstantissimorum quorumq; Theologorum: quorum vt diuersa dona sunt, ita quisq; suam docendi rationem sequitur, eamq; ab illis dissimilem, quam & facilem nouit, & cum fructu auditorum coniunctam esse. Absit igitur à me, vt cuiquam illorum præscribam, aut præiudicium faciam: non doctis scribo, sed tyronibus, quibus omninò exponenda est ea docendi scribendiq; ratio, quam in hoc meo opere Analytico sequendam esse existimaui. Dicam igitur, sed διὰ βραχέων dicam, & quidem ἁπλούστερον καὶ σαφέστερον.

Exercitationis & commentationis Theologicæ duo summa genera statuo, λύσιν καὶ ἀνάλυσιν, Compositionem & Resolutionem. λύσις (alijs dicta σύνθεσις καὶ σύστασις) ea est facultas, quæ aliquid

aliquid, quod priùs non erat, vel dictione, vel scriptione in medium profert. ἀνάλυσις verò in aliorum dictis & scriptis excutiendis versatur, & λύσει collata, nocturno labori Penelopes similis videri potest, quæ telam, interdiu contextam, noctu retexebat. Etsi igitur Genesis naturâ prior est, Analysis posterior: docendi tamen causa, de hac priùs verba faciendæ sunt.

Ἀνάλυσιν dixêre ἀπὸ τῦ ἀναλύειν à resoluendo, quòd rerum & artificij, hoc est, materiæ & formæ, tanquam principiorum, ex quibus omnis constat oratio, rationem habeat. Videtur enim hæc vox Resolutionis translata esse ab iis, qui post peregrinationem ad proprios lares reuertuntur. Nam qui patriam egressi reuertuntur, propriè ἀναλύειν dicuntur. Quibusdam magis arridet vocabulum ἀναγνώσεως. Quanquam enim ἀνάγνωσις pro lectione sumi consueuerit: tamen si vim vocabuli perpendimus, ἀπὸ τῦ ἀναγινώσκειν deductum fatebimur: & proinde nil aliud erit, quàm repetita quædam cognitio, non quasi ἀνάμνησις, sed veluti explicatio quædam illius doctrinæ & eruditionis, quæ fuit vel in dicente, vel scribente. Alij autem hanc Authorum Resolutionem vocant διάλυσιν ἢ διάρθρωσιν. Quò etiam pertinere videtur illud Diui Pauli, dũ Timotheum iubet ὀρθοτομῶν τὸν λόγον τῆς ἀληθείας. Eiusmodi Scripturæ interpretandæ rationem D. Petrus vocat ἐπίλυσιν: quâ voce etiam Euangelista Marcus vtitur cap. 4. vbi de Christo scribit, ὅτι ἐπέλυε, id est, quòd parabolas, publicè propositas, priuatim suis Discipulis dissoluerit & explicârit, tanquam ænigmatum modos. Equidem inter tot eiusdem naturæ & significationis vocabula superstitiosè discernendum esse non putaui: sed nomine ἀναλύσεως, tanquam notiore & vulgatiore, vsus sum pro ea tractandi interpretandiq; sacram Scripturam ratione, quam D. Petrus, eiusq; ὑποτύπωσις ἢ παίδευσις, Euangelista Marcus, vocat ἐπίλυσιν. Ea verò nihil aliud est, quàm methodi ordinisq; obseruatio, siue artificij Dialectici & Rhetorici (quod sacris Literis inesse, suprà demonstrauimus.) explicatio atq; notatio: quæ quidẽ hoc modo instituenda est. Primò omnium fiat ὑπόθεσις & suppositio Fundamenti, cui tota superstruenda est Resolutio. Fundamentum hoc Dialectici appellant Notationem vel Subiecti, vel Finis, vel Totius: Rhetores vocant Statum: hoc est, principalem, vel quæstionem, vel propositionem, vel conclusionem. Habet enim Status rationem Subiecti, rei seu materiæ resoluenda. Quæstio siue propositio, totũ quoddam est, respectu partium orationis. Conclusio finis est, ad quam omnia in dicendo referuntur. In hac verò principali conclusione, vel propositione inuenienda atq; constituenda considerandæ veniunt Res, Persona, Conatus siue scopus, & intentio Authoris. Res, quam Author scribendo persequitur, si ratione temporis eam consideres, aut euenit, aut futura est. Vtrobiq; diligenter inquirendum est, quæ fuerit occasio, qui Ecclesiæ, vel Reipubl. status, nũ quæ vitia, pericula, mutationes, vel errores obrepserint, & id genus alia. Persona alia est Scribens: alia ad quam, vel de qua, vel propter quam opus conscriptum est. Vtraq; iuxta Personarum locos excutiatur. Illius quidem conditio, vitæ genus, doctrina, res gestæ: huius verò ingenium, mores & fortuna potissimùm expendenda sunt. Conatus verò id est, quò Author potissimùm intendit, & quod dicendo vel scribendo consequi laborat: qui scopus, si cum Re coniũgatur, oritur inde Status, quæstio, siue principalis propositio. Hâc inuenta, & tanquam fundamento futuræ Resolutionis posito: mox suscipienda est ἔκθεσις, deductio atq; expositio, vel simpliciter docens & declarans, vel argumentans, atq; demonstrans. Simplicis Expositionis στοιχεῖα, ex quibus constat, sunt Circumstantiæ, tam προσωπικὰ, quàm πραγματικὰ, si in genere Demonstratiuo versetur Liber, Caput, vel κεφάλαιον Scripturæ, ad interpretandum propositæ. Sin verò in genere Didascalico occupetur, materia & elementa Expositionis, erunt Quæstiones, Methodi, vulgò sic dictæ: An sit, Quid sit, Quæ partes, Species, Causæ, Effecta, Adiuncta, Comparata, Repugnantia. Resolutio igitur expositionem docentem, quantumuis longam, reuocabit ad Didascalicos illos fines, atque limites: narrantem autem expositionem ad circumstantias rerum & personarum reducet, detractis ornamentis, vt nuda appareat rei declaratio. Iam verò argumentans atque demonstrans Expositio, in quocunque causarum genere versetur, plus laboris & maiores ingenij vires requirit. Tota enim oratio resoluenda est in partes principales.

2. Tim. 2.

2. Pet. 1.

Exordium, Narrationem, Propositionem, Confirmationem, Confutationem & Perorationem. Hanc generalem alicuius Libri, Scripti, vel Loci deductionem sequuntur διαιρέσεις ὁροτικὰς: id est, examinatio singularum partium: Exordii, vnde ducatur, quomodo benevolentia, attentio & docilitas concilietur: Propositionis, vtrùm ea vna duntaxat sit, an verò plures, & si plures, vtrùm separatæ sint, an vni principali inseruiant? potissima verò ratio habenda est Contentionis: id est, confirmationis & confutationis. Posita enim propositione aliqua, non procul ab ea discedendum est, sed quærenda prima & proxima ratio, atq; ita habebis Enthymema. Deinde perquirendum est, quo argumento hæc prima ratio demonstretur, quo secunda, quo tertia, & sic deinceps, si vna ratio per alteram probetur. Sin altera per alteram non demonstratur, sed vnaquæq; per se probat quæstionem: diuersa erunt argumentationes, ex diuersis inuentionis locis petita. Et quia sæpe vsu venit, vt vel quæstio & probatio vnius quasi propositionis formam habeat, vel propositio multa media contineat, quæ digito tantùm notentur: Analysis ea omnia diuellet, complebit, atq; retexet. Tandem argumenta inuenta reddenda sunt suis locis, & diiudicanda ex Dialecticis regulis, quæ animum regunt, ne fallatur iudicium. Cæterùm naturalem hunc artis ordinem sacri Scriptores in scribendo non semper obseruant, sed certo quodam consilio, sæpe sequuntur methodum Prudentiæ: quâ præsenti rei, tempori, loco & personis inseruiunt. Interdum partes orationis transponunt, vel quasdam omittunt. Neq; omnes semper Inuentionis locos persequuntur, sed illos duntaxat, qui instituto suo apti atq; idonei sunt. In argumentationis forma plerunq; inchoant à Minore. In enthymemate dum properant, nonnunquam relinquunt consequens cogitationi Lectoris. Sæpè plures addunt argumentationis partes. Interrogationibus deniq;, exclamationibus & amplificationibus variè & augent, & exornant. Ineptum igitur esset, ipsos in seruitutem methodi astringere, & eum semper ordinem quærere quem ars præscribit: sed ea tantummodo, quæ illi ex omni dicendi arte ad institutum suum adhibuerunt, Resolutio persequetur, retexet & quasi in amplissimo campo hinc inde dispersa, ad certos & proprios artis cancellos reuocabit, examinabit, approbabit. Et hæc quidem de Analysi.

Τίνων huic non oppositam facimus, more Philosophorum, sed ὑπαλλήλων & subordinatam. Quæ enim per Analysin in partes resoluta sunt, per Genesin rursus componuntur, & colliguntur. Hinc etiam dicitur συνθέσεως compositio, item σύστασις constitutio, & quasi collectio. Forsan non inepte dici posset, ἀφορισμὸς γνωμικὸς: id est, sententiarum & gnomarum à toto contextu auulsio, & ad summam doctrinæ Christianæ quædam quasi relatio atq; reductio. Vt enim Analysis Formam siue dispositionem & methodum sacræ Scripturæ eruit, atq; inuestigat: ita Genesis, siue Synthesis Materiam, hoc est, Res, quæ sparsim traduntur, ad Locos communes refert, vbi prius à toto contextu auulsa fuerint. Est igitur Genesis, seu Synthesis nihil aliud, quàm συμπατοποίησις, hoc est, tum Præceptorum, tum Exemplorum ex Analysi decerptorum, coagmentatio, & ad titulos Theologicos relatio, atq; accommodatio. Hos verò Titulos & Locos Theologicos nobis descripsit Apostolus Paulus, Theologorum facilè princeps, vbi ad

Philip. 1. Colos. 1. 2. Tim. 3.

Philippenses & Colossenses scribens precatur, vt pij omnes, tum implentur cognitione mysteriorum, ac voluntatis Dei, tum pro cognitionis, quæ obtigerit, modo, in bonis operibus fructificent. Et Timotheo sacram Scripturam ab effectu commendaturus, affirmat: Omnem Scripturam diuinitùs inspiratam, esse vtilem ad doctrinam (veri) ad redargutionem (falsi) ad correctionem (vitiorum) ad institutionem, quæ est in iustitia (ἵν᾽ ἄρτιος ᾖ.) vt perfectus sit Dei homo, & ad omne opus bonum instructus. Ex quibus verbis colligere licet, quæcunq; per Analysin eruta atq; inuestigata sint, referenda esse partim ad γνῶσιν, partim ad δεῖξιν, siue vt Epiphanius loquitur, ad θεωρίαν καὶ αἴδησιν. Ac γνῶσις quidem tum perfecta est, cùm percipiuntur & probantur, quæ vera primæq; veritati per Spiritum Sanctum manifestatæ, consentanea sunt: rursusq; reijciuntur, quæ falsa habentur. Hic ergo exsurgit διδασκαλία doctrina veri, & ἔλεγχος redargutio falsi. πρᾶξις verò, actionibus incumbens,

cumbens, siue operibus, tota in hoc est assidue, vt honesta faciat, & fugiat turpia. In his exeritur sedulò ἐπανόρθωσις correctio vitiorum: in istis παιδεία, siue vt Apostolus (1. Corinth. 10.) loquitur, παιδεία, institutio atq; informatio ad virtutes & officia vitæ Christianæ.

Doctrina & redargutio versatur in explicandis & confirmandis Fidei articulis, nostræque Religionis capitibus de Deo, Creaturis, de Verbo, Sacramentis, de Fide, Spe, Charitate, de Pœnitentia, & Iustificatione, Sanctificatione, Glorificatione.

Institutio & Correctio comprehendit præcepta de virtutibus & vitiis, & complectitur præterea quicquid ad Ethicen, Oeconomicen, Politicen, ad Ecclesiam & Rempublicam, & ad omnia vitæ genera pertinet. Nihil ergo præter rem est, quod dixi, ad paucos illos titulos, tùm Theoricos, tum Practicos, referri posse, atque reduci omnia, quæcunq; in Analysi occurrunt, siue ea πρὰ sint, siue μεσὰ, siue ὑλικά. Nam hinc eruitur, quod pertinet ad doctrinam: inde colligitur, quod ad redargutionem facit: alibi quod ad institutionem aptum est: alicubi quod ad correctionem conducit. Nullus verò locus tam sterilis occurrit, in quo non horum aliquid occurrat obseruandum. Imò verò plerisq; in locis tam est optimarum rerum seges, tam diues prouentus, vt omnes illi loci simul, & nullo penè negotio, demetantur. Vnde iam & hoc perspicuum euadit, Synthesin, instar messis cuiusdam esse: Analysin verò sementem, quâ semina futuri fructus spirguntur. Vt ergo sementem excipit messis: ita Analysin methodicam sequi debet Synthesis dogmatica. Siquidem hoc demum est, feliciter versari in sacris Literis, easque rectè interpretari & intelligere, si multiplicem inde doctrinam & copiosum fructum spiritualem decerpas, atq; vel publicè ad vniuersa Ecclesiæ vel priuatim ad tua ipsius conscientiæ vtilitatem & commodum conuertas.

Verùm enimuerò, ne quis hanc Analyticam & Syntheticam interpretandæ sacræ Scripturæ rationem, tanquam nouam, inutilem, atq; minùs idoneam calumnietur: haud difficile est demonstrare, eam à veterum docendi modo non alienam esse. Solent enim illi (vt suprà monui) omnem Scripturæ interpretationem ita partiri, vt aliam appellent literalem, aliam spiritualem, & hanc ipsam rursus modò tropologicam, modò anagogicam, modò allegoricam. Atqui literalis, quem vocant, sensus, quid aliud est, quàm breuis & erudita Loci vel Scripti alicuius Analysis? Vt enim Analysis ex Dialectico & Rhetorico artificio fluit: ita literalis illa interpretandi ratio nota euadit ex definitione obscurorum, diuisione ambiguorum, ex causis, effectis, circumstantiis, ex sermone Grammatico, figuris, amplificationibus, & similibus, quæ omnia Dialecticis & Rhetoricis præceptionibus continentur. Iam verò quis non intelligit, Tropologicam interpretationem cum Synthesi practicâ, per omnia eandem esse? Τρόπος enim, vnde nomen Τροπολογίας deductum est, vitam mores q; hominis significat. Quæ verò ad vitam & mores hominum informandos faciunt, Apostolus Paulus, optimus docendi interpretandiq; Magister, notari voluit nominibus institutionis & Correctionis: quam vtramq; practica Synthesεos partem suprà statuimus. Anagogen & Allegoriam reipsa inter se conuenire, ideoq; ad Synthesin Theoricam referendam esse, ex vtriusq; descriptione liquet. Vocant enim Anagogicam interpretationem, quando sic explicatur S. Scripturæ sententia, vt paululum discedendo à Verborum primitiua significatione, colligatur aliquid de cœlesti gloria, post hanc vitam explicandâ, aut de mysterio Sanctæ Trinitatis, seu naturæ diuinæ. Quid autem est allegorica interpretatio aliud, nisi in qua similiter dictum factúmve exponitur, nouo sensu, à verbis aliquantum remoto? sed ita, vt eruatur aliquid de Christo, de Ecclesia, de Lege, de Euangelio, de Fide, Spe, Charitate, & id genus aliis locis, quos non minùs quàm anagogicos illos de S. Trinitate, & vita beata, Synthesi theoricæ, Didascaliæ nimirum, & Redargutioni, propositos esse, suprà ostendimus. Quid? quod hæc eadem Analytica & Synthetica docendi ratio locum habeat, non tantùm in Scholis inter Studiosos, sed etiam in Templis apud rudem populum? Duæ enim sunt principales omnium popularium concionum partes: Vna, erudita præsentis Textus paraphrasis: altera, Locorum communium tractatio. Illa ἀναλύσεως est, qui nihil indiscus-

):(

ſum relinquit, ſed omnia accuratiſsimâ methodo perpendit, vt Statum præſentis textus perſpicuè proponat, & argumenta congruenti ordine ſubiungat. Hæc verò συνθέσεως eſt & compoſitionis, qua membra, in quæ propoſitus Scripturæ locus reſolutus eſt, conuenienter in oratione noſtra coniunguntur ad tractandam aliquam vel doctrinam, vel redargutionem, vel inſtitutionem, vel correctionem, vel conſolationem: quæ tamen ipſa pertinet ad correctionem metus, dubitationis, diffidentiæ, & ſimilium vitiorum. Quanquam Paſtor in populari tractatione aliquantò liberiùs agit, quàm Doctor Scholaſticus. Vt enim hic ſimpliciter docet: ita ille, vt non tantùm doceat, ſed etiam delectet, atq; moueat, τὰ κοινὰ ἰδικῶς, καὶ τὰ ἴδια κοινῶς tractat. Hinc fit, quòd diutiùs immoretur locis communibus, eoq; variè, adhibitis rerum & verborum ornamentis, amplificet. Omnia præſenti Eccleſiæ ſtatui accommodat, διορθωτικὸν ad ὀικοδομὴν reducta. Frequentia adhibet exempla, illuſtres ſententias, aptas ſimilitudines rerum terrenarum cum cæleſtibus, & notarum cum ignotis, vt res obſcuræ, & à communi vulgi ſenſu remotæ non tantùm melius intelligantur, ſed facilius etiam mente credantur. Etſi enim ſimilitudo nullam imponit credendi neceſſitatem: affert tamen hæc eadem diſſentiendi pudorem. Quâ de cauſa, omnium Doctorum & Paſtorum exemplar, Dominum noſtrum IESVM CHRISTVM, Diuum Apoſtolum Paulum, & diſertiſsimos quoſq; ex Patribus, Baſilium, Chryſoſtomum, & reliquos frequenter ſimilitudinibus, in populari docendi ratione, vſos eſſe videmus.

Sed quò hæc tam prolixè à me commemorantur? Eò nimirum, vt rationes conſilij mei aperirem, quod in hoc Biblicomeo labore ſecutus ſum. Vt enim omnis ſacræ Scripturæ tractatio gemina eſt, Analytica & Synthetica: ita etiam ſuſceptus meus labor in ſacra Biblia bipertitus eſt, Analyticus, ſeu Methodicus vnus, qui tabulis perpetuis illuſtrat libros Biblicos: alter Syntheticus, ſiue Syſtaticus, qui ea omnia, quæ in Analyſi occurrunt obſeruanda, & ad vſum ſpiritualem conuertenda, aphoriſticè prius decerpta, ad titulos Theologices refert, ordine non alphabetico, qui Grammaticus eſt, ſed Logico & Didaſcalico, eoq; Synthetico, ſiue Syſtatico: quâ de cauſa etiam Synthecis, vel Syſtaſis Theologica dicenda erit, huiuſmodi commentatio. Atq; vt Theologia ſtudioſi, dum illa à me adornatur & perficitur, aliquam eius σκιαγραφίαν habeant, quâ interea vel ipſi etiam fruantur in ſtudio Theologico, vel de meliore & accuratiore cogitationem ſuſcipiant: viſum eſt eam paucis delineare.

Theologia à Diuo Apoſtolo Paulo, Epheſ. cap. 3. definitur Sapientia πολυποίκιλος. Sapientia eſt habitus animi διανοητικὸς. Omnis autem habitus, ſiue acquiſitus, ſiue infuſus, certum quoddam Subiectum habet, circa quod occupatur. Subiectum igitur Theologicæ ſyſtaſeos conſtituo Eccleſiam coram Deo, per fidem in Chriſtum, iuſtificandam: id quod hac ratione confirmatur. Qui de artibus & ſcientiis rectè conſtituendis laborant, omnes in eo conſentiunt, quatuor potiſsimùm res ad Subiecti alicuius ſcientiæ naturam neceſſarias eſſe: principia nimirum, partes, πάθη propria, denique vt omnia illa, quæ in diſciplina, cuius ſubiectum eſſe oſtenditur, ſunt, ad illud, tanquam primum aliquod principium, referantur. Principia appellotum elementa, quæ ſubiecto inſunt, vt Materia & Forma, tum cauſas, quæ non inſunt, vt Efficiens & Finis. Partes voco, quas Dialectici Species, Barbari Partes ſubiectiuas, quòd generi ſubiectæ ſint, nominant. Paſſiones autem ſunt, Græci quas vocant, ἴδια πάθη, propriæ affectiones, ſeu propria accidentia. Has quatuor res ad omne Subiectum neceſſarias, in eo quoq; quod Theologicæ ſyſtaſi ſubijcimus, reperiri, ſatis apparet: quippe cùm & principiorum, & partium, & paſſionum rationem habeat, & omnia theoremata Theologica Eccleſiam reſpiciant, ad eamq; ſeſe referant. Materia enim, ex qua colligitur Eccleſia, ſunt homines. Forma τῆς ἐκκλησίας, (quæ ipſi dat nomen & eſſe) eſt ἡ ἔκκλησις, vocatio per Verbum & Sacramenta. Finis ex parte Eccleſiæ (quam hîc potiſsimùm ſpectamus) eſt noſtri iuſtificatio, ſanctificatio & glorificatio. Efficiens Princeps eſt Deus, eſſentiâ vnus, hypoſtaſi Trinus, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, quibus, vt omnia opera ad extra, ita Eccleſia quoq; creanda & gubernanda ratione communis eſt. De partibus & ſpeciebus Eccleſiæ nihil eſt quod dicam, cùm ea ſint pluria:

ma: vt Ecclesia Vniuersalis & Particularis: Triumphans & Militans: Visibilis & Inuisibilis, &c. Passiones quoq; seu propria Ecclesiæ αὐτὰ à Theologo considerantur: cùm ex Scriptura ipsi demonstrandum est, Ecclesiam errare posse: nunquam sine rugis existere in terris: habere semper admixtos malos: esse Regnum spirituale, & id genus alia. Tandem quid, obsecro, in tota Theologia docetur, quod non Ecclesiam respiciat, ad eamq; referatur? Deus condidit Mundum, & in eo homines. Sed cur, quæso, & in quem finem? vt nimirum ex iis colligeret Ecclesiam. Propter Ecclesiam à Christo omnia facta sunt, quæcunq; fecit, & passus est. Ecclesiæ causâ omnia scripta sunt, quæ sacris Bibliis continentur. Sacra enim Scriptura, si res subiectas consideres, rectè diuiditur in Historiam & Doctrinam. Historia agit de externa Ecclesiæ collectione, propagatione, persecutione, defensione. Doctrina, est cùm verum (Legis & Euangelij) tum signorum, hoc est, ceremoniarum & Sacramentorum, quibus, tanquam mediis & organis, Ecclesia alitur, augetur, exercetur, & conseruatur. Cæterùm hoc in loco non immeritò à me quis quærat, quâ ratione Ecclesiæ statuatur propria Theologicæ systaseos materia, siue subiectum, cùm ipsa Theologiæ denominatio, siue notatio reclamet, quâ Theologia dicitur λόγος περὶ τοῦ θεοῦ doctrina & scientia de Deo? Hæc obiectio etsi speciosa est, tamen in se nihil continet difficultatis. Nam denominatio alicuius rei fieri solet aut à præstantiori, aut à notiori, aut ab eo, quod maximè excellit. Etsi igitur Theologia denominatur à Deo, tanquam præstantiori principio, & causa efficiente: tamen manifestior est natura Ecclesiæ tanquam effectus: nec tantùm notior, sed etiam excellentior, ad quam, tanquam commune receptaculum, omnia Theologica theoremata sese referunt. Quia verò in constituendis scientiarum subiectis, eius potissimùm ratio habenda est, quod in aliqua scientia vel maximè excellit: nihil absurdi res in se continet, si Theologia (à Deo, tanquam præstantiori principio denominata) materiam subiectam constituamus Ecclesiam, vt potè partem & notiorem, & excellentiorem in illa scientia. Ad rem igitur reuersi dicimus, Materiam, siue Subiectum, Græci vocant, ὑποκείμενον, systasi Theologicæ substernendum esse, Ecclesiam coram Deo, per fidem in Christum, iustificandam: seu, quod idem est, κατ' ἰσοδυναμίαν, Hominem peccatorem, coram Deo, per fidem in Christum, iustificandum. Quid enim Ecclesia in his terris militans est aliud, quàm cœtus hominum peccatorum, amplectentium verbum Dei, & rectè vtentium Sacramentis, in quo Deus per ministerium Verbi est efficax, & credentes ad vitam æternam regenerat? Materiâ in hunc modum systasi Theologicæ substratâ, de forma & dispositione statim incumbit cura atq; cogitatio. Nam partes materiæ alicuius siue subiecti partim sunt confusæ, nullo certo ordine dispositæ, partim obscuræ, non cuiuis perspicuæ. Itaq; quadam viâ & ratione opus est, quâ discenti cognoscent q; rem omnis confusio & obscuritas remoueatur. Confusio tollitur certâ quadam partium dispositione: obscuritas autem earundem partium explicatione. Qui enim scientiam docere, vel discere nititur, is primùm quidem partes eius vniuersas certo quodam ordine disponat, collocet q; necesse est: quemadmodum natura disponit in corpore humano initiò membra: & Architectus columnas in domo, vel gradus in scala: quæ quidem partes ita inter se cohærent, vt vna sequatur alteram, vnaq; alteram quasi producat, & gignat semper, donec materiæ & subiecti alicuius natura & membra vniuersa sint exhausta, atq; disposita. Hanc dispositionem appellant Ordinem, quem constituunt triplicem: Theologia autem docenda vel discenda simplicem agnoscit, eumq; appellat Syntheticum, id est, compositiuum, qui à primis principiis progreditur ad principiata, tanquam effectus, qui ex causis illis deducuntur. Hunc igitur secuti, partes Subiecti Theologici ea serie collocabimus, quam typica hac partitione oculis spectandam subijcimus:

):(2

SVBIECTVM Theologicæ syſtaſeos eſt Eccleſia. Agendum ergo de Eccleſiæ

- *Principiis*, ſiue cauſis: vtpote
  - *Efficiente*, Deo nimirum, eſſentiâ vno, hypoſtaſi Trino, eiuſque attributis & Operibus. Liber 1.
  - *Materia*, Creaturis potiſsimùm Hominibus, ex quibus, tanquam materiali principio, & per quos, veluti inſtrumentalem cauſam, Eccleſia colligitur, & conſtituitur. Lib. 2.
  - *Forma*, Vocatione per Verbum & Sacramenta, quæ Eccleſiæ dat nomen & eſſe. Lib. 3.
  - *Fine*, Iuſtificatione, & (quæ illam ἀμέσως ſequitur.) ſanctificatione & glorificatione. Lib. 4.
- *Principiatis*: hinc liber 5. Principiata autem conſideranda veniunt in
  - *Genere*: Eccleſiæ
    - *Natura*, per definitionem expreſſa.
    - *Proprietates*, quas vocant ἴδια πάθη.
  - *Specie*: Eccleſiæ ſpecies Eſſentiales ex cauſis deductæ: & Accidentales à tempore, loco, & ſimilibus accidentibus ſumptæ.

At q3 hanc Subiecti Theologici diſpoſitionem confirmat, non tantùm authoritas & exemplum priſcorum Theologorum, Origenis περὶ ἀρχῶν: item Damaſceni περὶ ὀρθοδόξης πίστεως, ſed etiam ratio ex ipſa rei natura petita. Etenim Eccleſia, tanquam cœtus Vocatorum, eſt è numero τῶν σχέσεων τι. Reſpicit enim cùm Deum vocantem, verum illum ἐκκαλούμενα, tum ipſos vocatos τοὺς κλητοὺς Apoſtolo dictos; qui ſi Deo per Verbum vocanti, obediunt, iuſtificantur, ſanctificantur, & glorificantur. Res igitur ipſa monet, vt initium à vocante ſumatur. & inde progreſſus fiat ad ipſos vocatos, credentes, & ex fide iuſtificandos, ſanctificandos, atq3 glorificandos. Atq3 ſemitam hanc progrediendi ſyntheticam demonſtrat etiam Analyſis. Hac enim primò omnium perſcrutatur, quis rei vltimus ſit finis. Deinde vt res ad finem apta ſit, qualem, hoc eſt, cuius formæ eam eſſe oporteat. Tum quæ Materia talem formam recipere poſsit. Tandem quæ neceſſaria ſint, quæ q3 fieri oporteat, à quibus, & per quæ fiat, vt talis materia talem formam recipiat. Et, vt melius perſpiciatur, quid hinc effici velim: ſubijciam ἀνάλυσιν Theologiæ. Finis Theologiæ, quatenus Theorica, à Subiecto, non re, ſed tantùm ratione diſtinctus eſt. Subiectum autem eſt, Eccleſia, per fidem in Chriſtum, coram Deo, iuſtificanda & glorificanda. Itaq3 Finis Theologiæ proximus erit, Cognitio iſtius Subiecti, hoc eſt, Eccleſiæ iuſtificandæ & glorificandæ. Fine conſtituto, inueſtiganda eſt Forma. Vt enim Eccleſia apta ſit ad iuſtificationem & glorificationem: oportet eam eſſe præditam forma fidei obedientis vocationi, per Verbum & Sacramenta factæ. Quia verò non quælibet materia quâuis formam recipit: animaduertit ἀναλύσις, ſolam creaturam λογικὴν, eſſe Materiam, formæ iſtius capacem. Tandem etiam intelligit, Deum eſſe authorem horum omnium, eumq3 efficere, vt materia hæc formam iſtam recipiat: hoc eſt, vt homo vocationi credens, iuſtificetur, ſanctificetur, atq3 glorificetur. Ex hac Theologiæ analyſi omnibus apparet, quæ eius ſit inſtituenda ſynthesis, ſiue ſyſtaſis: vnde & à quibus inchoanda. Nam principium vnius eſt alterius finis: & quod vltimum eſt in reſolutione, primum eſt in compoſitione. At in analyſi Theologiæ vltimum principium fuit τὸ ποιητικὸν, Deus nimirum creandæ, gubernandæ, iuſtificandæ, ſanctificandæ,

ficanda, & glorificandæ cauſa efficiens princeps. Igitur ſyſtaſin inſtituenti ab hac exordiendum eſt, & inde progrediendum ad reliqua principia: id quod etiam ſummum Theologum D. Paulum feciſſe videmus in Epiſt. ad Rom. ſcripta: Quos (inquit) Deus præſciuit, eoſdem Cap. 8. *& prædeſtinauit, vt conformes fierent imagini Filij ſui: vt is ſit primogenitus inter multos fratres. Quos verò prædeſtinauit, eos etiam vocauit: & quos vocauit, eos etiam iuſtificauit: quos autem iuſtificauit, eos etiam glorificauit. Hâc breuiſſima ſyntheſi Paulus omnia Theologiæ principia complexus eſt, ποιητικὸν Deum, eiusq; præſcientiam & prædeſtinationem: ὑλικὸν, Homines, filij Dei, χρ σάρκα, fratres: εἰδικὸν vocationem, ſeu verbi prædicationem, & vſum Sacramentorum: τελικὸν proximum (iuſtificationem) & remotius (glorificationem.) Cæterum partibus Theologicæ Syſtaſeos hoc modo diſpoſitis & collocatis: proximum eſt, vt earundem natura, vis, & proprietas ſigillatim explicetur: idq; rurſus imitatione naturæ, quæ membra iam genita, ſed rudia & informia adhuc, ſolet indies magis magisq; perpolire: vt & ædificator confuſam domum exornat.*

Hæc autem partium explicatio vocatur Methodus, quæ conſtat quatuor inſtrumentis Logicis: Reſolutione, Diuiſione, Definitione, & Demonſtratione. Nam locus de Deo explicatur methodo demonſtratiua. Demonſtratur enim τὸ ὅτι, qualis ſit Deus eſſentiâ, hypoſtaſi & operibus. Vide in fine huius Tomi doctrinam analyſeos & σωλήσεως.

Principium materiale de Creaturis, & formale de verbo Dei & Sacramentis exponitur methodo διαιρετικῇ: illud partitione totius (Creaturæ) in partes, hoc diuiſione generis (verbi) in ſpecies. Vſus reſolutiuæ methodi eſt lib. 4. vbi principia & cauſæ Eccleſiæ in ſuos effectus ducuntur. Deniq; lib. 5. locum habet Definitiua methodus in explicanda Eccleſiæ natura. Sed de his in ipſa Theologiæ Syſtaſi, vbi & quando videbitur Deo, à quo non minùs Librorum quàm Liberorum in lucem edendorum & facultatem & opportunitatem ſuppeditari, quotidiana exempla docent. Nunc autem σωλῆνι, prodit Analyſis Hiſtoricorum librorum, tam noui, quã veteris Teſtamenti: quam, ſi vita viresq; corporis mihi ſuppeditent, ſequetur Didactica Prophæticorum & Apoſtolicorum ſcriptorum reſolutio.

Quòd verò illam, continuo quodam typo, oculis ſubijcio, eoq; nomine Typicam inſcribo: id facio authoritate Apoſtoli, (Rom. 6. & 2. Tim. 1) Doctrinam Chriſtianam, τύπον διδαχῆς χ ὑποτύπωσιν ὑγιαινόντων λόγων appellantis. Scholaſtici Doctores vocant Methodum Tabellariam. De vſu typicæ eiuſmodi commentationis nihil attinet dicere: cùm res ipſa loquatur, ea & facilius percipi, & firmius memoriæ infigi, quæ non mente tantùm, ſed etiam oculis, tanquam in anatomico quodam σκελετῷ ſpectanda exhibentur. Cæterùm totius Biblicæ analyſeos ὑπόθεσις, eſt notatio, ſeu definitio Bibliorum ἐννοηματικὴ, ex qua ſeriatim omnia deducuntur.

Cuiq; libro ſua præfixa eſt κεφαλαίωσις, tanquam ocularis quædam σώλῆνι, cuius beneficio totum librum, vno quaſi momento, perluſtrare queas. Singulorum verò capitum argumentum, ab initio, in primo limine poſitum, inſtar fundamenti eſt, ex quo reliqua pendet capitis reſolutio. Etſi enim Status, ſeu Genus cauſæ (quod ὑποθέσεως rationem habere in reſoluendo, ſuprà monui.) non ſemper in quolibet capite, expreſſo nomine, notetur: in progreſſu tamen reſolutionis obſeruari poteſt facilè ex locis Inuentionis; cuiq; cauſarum generi proprijs. Iam verò ἡ τῆς ὑποθέσεως ἔκθεσις, ſiue diductio analytica, pleruncq; artis locos ſequitur: niſi vbi interdum præſenti materiæ certis de cauſis, inſeruiendum eſt.

Διχοτομίαν, pulcherrimam quidem, & fortaſſis vnicam legitimam diuidendi rationem, omnes admirantur & conſectantur. Sed interim vt vulpes eluſa à ciconia, lambimus vitreum vas, pultem haud attingimus. Quia enim propter vocabulorum inopiam διχοτομίαν in omnibus habere non licet: τριχοτομίαν ἢ τετραχοτομίαν imò etiam interdum ſimplici Diſparatorum enumeratione, nihil nec eſſitatis habente, contentos nos eſſe oportet.

Græcorum terminis, ὁσίως τὸ πολὺ vſus ſum, nulla oſtentatione, ſed partim ἰμφύτως ἴνευ, quam huic linguæ, peculiari quadam ratione, ineſſe animaduertimus: partim tædij vitandi causâ, ne ſemper eadem oberrarem chordâ. Deniq; verſus Biblicos ſuis notare ſoleo numeris, tum ne aliena analyſis pro genuina obtrudi videatur: tum vt, quæ παρέδην poſita ſunt, facilius colligi, ad principia ſua reduci, & coniungenda commodius coniungi poſſint. Quod ſupereſt, pium & candidum Lectorem æquitatis admoneo. Præſtiti quantum per Dei gratiam potui. Dominus iam nouit, quantum momenti hic meus conatus habiturus ſit. Ego certè hanc Analyſin pio & bono animo ſuſcepi: quam, peto, vt Lector probet: cùm in honeſto conatu, ſi maximè infelix ille ſit, laus tamen aliqua ſtudio & diligentiæ relinquatur.

Iam verò, quemadmodum qui ſunt aliquanti ſper in ſcopuloſo difficiliq; loco verſati, in tutum aliquem & optatum portum inuehi volunt, in quo poſſint conquieſcere, & aliqua cum voluptate & delectatione laborum ſuorum meminiſſe: ſic ego magnopere meâ referre exiſtimo, vt hanc meam Typicam Analyſin in eius fidem tutelamq; dedam, apud quem non ſolùm in tuto, verùm etiam in pretio nonnullo eſſe queat.

Ac quoniam nemo velit ea grato animo ſuſcipere, vel magnificere, & aliquibus habere in delicijs, nedum aduerſos maleuolorum hominum morſus atq; contumelias defendere, quæ fuerint ab eius vel natura prorſus aliena, vel intelligentia ſcientiaq; remota: is mihi patronus quærendus & diligendus fuit, qui rerum, hac Analyſi explicatarum, ſtudioſus ſimul & intelligens ſit.

Quare tibi ad te, IVLI, illuſtris & generoſe Comes, venio, tibiq; has Analytici mei laboris primitias offero atq; dedico. Etenim cùm proximis ſuperioribus annis, ex inferiore tua ditione, in Comitatum tuum Neoburgenſem, ad Oenum ſitum, aduenijſſes, atq; ego ad te aliquoties ex Ortenburgenſium Comitatu euocatus, tam in otioſâ quàm negotioſâ συζητήσει tibi præſtò eſſem: multus ſæpè & variis de rebus fuit ſermo tuus, non minùs pius & grauis, quàm prudens & eruditus. Et quanquam dignitas tua facit, vt animadvertatur quid quid dicas & facias: tamen in admirationem & obſeruantiam tuæ magnificentiæ atq; præſtantiæ eam res induxit, quam vulgus hominum aut non animaduertit, aut ſi viderit maximi floccifacit: quod nimirum tanto cœleſtis ſapientiæ ſtudio flagras, vt non legendo & meditando ſolùm te quotidiè exerceas: verùm etiam pro ea, quam conſecutus es inſignem, ſacrarum Literarum notitia, etiam manus conferere, & de præcipuis Religionis noſtræ capitibus grauiter a q; eruditè diſſerere queas.

Neq; enim tu hîc eos moraris, quibus abſurdum & indignum videtur, ſi de rebus ſacris apud Principes viros ſermo fiat, aut ipſi in Sacræ Scripturæ lectione verſentur. Verſantur tibi ante oculos Leges diuinæ, eandem illam Sacrorum cognitionem & meditationem, à quouis hominum ordine, ſeuerißimè exigentes. Moueris etiam atq; excitaris exemplo Dauidis, Salomonis, Ioſaphati, Ioſiæ, Ezechiæ, Danielis, Nehemiæ, Conſtantini, Theodoſij, Martiani, aliorumque Principum virorum, quorum induſtria religioſa memoriæ prodita eſt. Et rectè cogitas, non minùs tibi in diuinis Literis operæ & ſtudij ponendum quàm Cato Cenſorius, Iul. Cæſar, Octauius Auguſtus, Plinius Veronenſis, & ante hos Alexander Magnus, & ſapientißimus Spartanorum Rex Ageſilaus in humanis poſuerunt.

Cùm igitur tanto ſapientiæ cœleſtis amore & ſtudio ducaris, quantum ego prædicare ſatis non poſſum: nihil me præter decorum facere arbitror, quod hanc meam ſacræ hiſtoriæ Analyſin tibi offero: idq; teſtificandæ meæ erga te obſeruantiæ causâ. Iam pridem enim me ingratitudinis lege vrgeri ſenſi, vt aliquo publico officio teſtarer, me probè memorem eſſe eorum beneficiorum, quæ partim in me, partim in fratrem meum, Danidem Pflacherum, Eccleſiæ quæ eſt in Comitatu tuo Neoburgenſi, Miniſtrum, benignè & liberaliter contuliſti. Sciò equidem me hoc literario & Theologico munuſculo non ſatis tuæ reſpondere magnificentiæ. Verùm ſi in Sacris quoq; quibus diuinæ Maieſtati litatur, non muneris quantitas, ſed offerentis reſpici-

tur

tur ſinceritas: exiſtimo & tuum ſic comparatum animum, vt in hac cauſa reſpicias, non quantum, ſed quo animo, beneuolentiæ erga me tuæ rependam.

Vt igitur huic meæ Analyſi ex illuſtri nominis tui ſplendore authoritatem acceſſuram eſſe confido, apud eos, quibus tua virtus & cum ſumma dignitatis & fortunarum amplitudine coniuncta humanitas probè cognita eſt: ita hoc meum officium tibi non ingratum fore ſpero: cùm & me abs te diligi, & te ſacrarum Literarum ſtudioſiſſimum eſſe ſciam. Deus Opt. Max. te cum tota familia, ſua virtute ſeruet, Spiritu ſuo regat, & dona ſua in te augeat, ad nominis ſui gloriam, & patriæ tuæ conſeruationem: Amen. Campidoni, vrbe Imperiali, Calend. Februarij, Anno incarnati Filij Dei, M. D. LXXXVII.

T. D.

deditiſsimus

MOSES PFLACHER, ſacræ Theologiæ Doctor & Paſtor Eccleſiæ Campidonenſis.

BIBLIA, KAT' EΞOXHN SIC DICTA, APPELLAMVS ETIAM TESTAMENTVM, EX MATERIA, QVAM TRACTANT, VIDElicet tabulas & literas teſtamentales, continentes formulam pacti, ſeu fœderis, quod DEVS iniit cum genere humano, redimendo per CHRISTVM IESVM.

TESTAMENTVM autem ratione ſubjecti ſui conſiderati

- Per ſe, eſſentialiter, eſt VNVM. *Totius enim Scripturæ vnum idemque ſubiectum eſt, Chriſtus* IESVS *(heri & hodie, Hebr.13.)* Θεανθρωπος, *conditor univerſorum & Redemptor noſter. Ita enim ipſe de ſeipſo loquitur, Ioan.5. Scrutamini Scripturas: illæ ſunt, quæ de me teſtificantur.*
- Per *accidens, reſpectu temporis eſt* GEMINVM. *Nam Chriſtum*
  - Exhibendum *depingit τυπικῶς & προφητικῶς promittit Teſtamentum vetus: cuius διαθηκην habet ſequenti folio.*
  - Exhibitum, *hoc eſt, manifeſtatum in carne, iuſtificatum in Spiritu, conſpectum ab Angelis, prædicatum Gentibus, creditum in mundo, aſſumptum in gloria, deſcribit Teſtamentum novum, de quo ſuo loco.*

Διαίρεσις Veteris Teſtamenti.

VETERIS Teſtamenti libri ſunt partim

- Canonici. Υποκάμενον *horũ librorum proprium eſt Chriſtus conſideratus non ſimpliciter: (Hoc enim modo commune eſt ſubiectum Bibliorum.) ſed ratione officii, quatenus eſt*
  - Sacerdos: *Chriſtum Dominũ* Θεάνθρωπον, *Sacerdotem, ſecundùm ordinem Melchiſedeci omnibus Leviticis Sacerdotibus ſuperiorem (ut qui ſemetipſum victimam obtulit) docet Pentateuchon Moſis:*
    - Geneſis,
    - Exodus,
    - Leuiticus,
    - Numeri,
    - Deuteronomion.
  - Rex: *Chriſtum, vt Regem, defenſorem & liberatorem ſuorum fidelium,* τυπικῶς *depingunt piorum* κατορθώματα & πταίσματα *in libris Hiſtoricis*
    - Ioſuæ,
    - Iudicum,
    - Ruth,
    - Samuelis 2,
    - Regum 2,
    - Paralipomenõ 2,
    - Eſdræ,
    - Nehemiæ,
    - Eſther.
  - Propheta & Doctor. *Talem proponũt nobis Libri*
    - Hagiographi, *ſeu Sapientales:*
      - Iob,
      - Pſalterium.
      - Salomonis
        - Proverbia,
        - Eccleſiaſtes,
        - Canticum Canticorum.
    - Prophetarum
      - Maiorum, *qui numero ſunt quatuor:*
        - Eſaias,
        - Hieremias,
        - Ezechiel,
        - Daniel.
      - Minorum: *vt ſunt*
        - Oſeas,
        - Ioel,
        - Amos,
        - Abdias,
        - Ionas,
        - Micheas,
        - Nahum,
        - Habacuc,
        - Sophonias,
        - Haggæus,
        - Zaccharias,
        - Malachias.
- Apocryphi, *vt ſunt*
  - Iudith,
  - Sapientia *Salomonis*,
  - Tobias,
  - Eccleſiaſticus, *ſiue Syrach*,
  - Baruch,
  - Machabæorum *libri* 2.
  - Hiſtoria
    - Eſtheræ,
    - Suſannæ,
    - Belis,
    - Draconis.

Pentateuchon describit Christum, vt Sacerdotem. Sacerdotis autem officium est, sacrificia & ritus sacros obire in populo, & pro populo.



Η τῦ Πενταβίβλυ χρονολογία.

Libri Mosis quinque, continent Historiam annorum 2570. Nam Genesis habet annos 2390. Ab Adam enim ad Diluuium sunt anni 1656. A Diluuio verò ad exitum Abrahæ è Chaldæa 363. Inde autem ad mortem Iosephi 290. Exodus habet annos afflictionis residuos 140. primique exitus anni gesta: reliqui tres Libri absoluunt 40. annorum spacium, quibus oberrârunt in Deserto: qui omnes collati efficiunt annos 2570. His σύγχρονος fuit Monarchia Chaldæorum, siue Assyriorum, quæ post Diluuium, tempore Nimrod, incepit, & vsque ad tempora Nehemiæ & Esdræ durauit: tum enim inchoata est Medorum & Persarum.

Σωμοψις καὶ κεφαλαίωσις τ Γενέσεως.



A. Repara-


A.
Reparatur: ἀποκατάστασις καὶ αὔξησις, hoc eſt, generis humani per Diluium, ad paucitatem octo tantummodò perſonarũ redacti incremẽtum & auginẽtatio per familiam
Noæ: huius poſteri ſunt partim
Gentes, quomodo, à quibus quælibet oriundæ, Cap.10.
Credentes: Diſperſioni gentium opponitur collectio atque propagatio Eccleſiæ à Semo, Noæ filio, vſque ad Abrahamum, Cap.11.
Abrahami. Loci perſonam eius demonſtrantes ſunt potiſſimùm quatuor:
Natales, parentes & maiores, Cap.11.
Res geſtæ: Fœdus Abrahami
Ιερατικὸν: Religioſa peregrinatio ex patria. Idololatrica in terram Cananæam, Cap.12.
Πολιτικὸν: Manſuetudo Abrahami, de iure ſuo cedentis, φιλοψυχίας ἕνεκα, Cap.13.
Πολεμικὸν: Res bello geſtæ in liberando Lotho, Cap.14.
Fortuna τῆς
Εὐτυχίας, eſt κτῆσις, acquiſitio, & poſſeſſio
Perſonarum in
Rerum: Diuitiæ tantæ, vt vna regio, vtriuſque (Abrahami & Lothi) facultates ſimul capere non potuerint. De his ſuprà cap.13.
Specie
Genere: Poſteritas numeroſa, cui tandem, poſt longi temporis exilium, promittitur poſſeſſio terræ Canaan, Cap.15.
Coniugum:
Γάμος, ſeu Coniugiũ cum Sara, Cap.11.
Διγαμία, ancillâ Agar ſuperinductâ, Cap.16.
Δευτερογαμία, cum Cethura poſt obitum primæ coniugis, Cap.25.
Filiorũ ſuſceptoriũ ex
Agar: Iſmael, de quo Capite 16.
Sara: Iſaac, Cap.21.
Cethura: Huius liberi recenſentur, Cap.25.
Amicorum: Amicitia, vel potiùs Fœdus cum Deo initum ſub ſacramento Circumciſionis, Cap.17.
Hoſpitium: Hoſpitalitas, qua excepit Angelos, Cap.18.
Δυσυχίας eſt partim
Aliena, participata tamen ex incendio Sodomæ, & incæſtu Lothi, Cap.19.
Propria:
Exilium in Gerara, Cap.20.
Tentatio de immolãdo filio, Cap.22.
Viduitas, amiſſa coniuge Sara, Capite 23.
Mors, mortisque antecedentia & conſequentia, Cap.25.
Iſaaci. Commemorantur autem Iſaaci
Γενέθλια, Cap.21.
Nuptiæ cum Rebecca, Cap.24.
Soboles gemina: Iacobus & Eſau, Cap.25.
Peregrinationes aliquot cum ſuis euentibus, Cap.26.
Teſtamentaria filiorum benedictio, Cap.27.
Mors & ſepultura, Cap.35. deſcribitur.
Iacobi. Vide literam B.


B Iacobi Huius
Ortus & Nativitas, Cap. 26.
Fortuna. Exilium Iacobi in
Mesopotamia: partes huius exilij formales sunt tres:
Profectio ex patria, una cum προφανδία, quam in itinere illo habuit, Cap. 28.
Commoratio: quomodo ibi acquisierit uxores, liberos, opes, &c. Iacobi
Διγαμία cum Lia & Rahele, sororibus, Cap. 29.
Πολυγαμία cum ancillis uxorum: Et, quæ hinc consecuta est, cura & industria acquirendi rem familiarem, Cap. 30.
Reditus ab exilio, & quæ circa illum acciderint. Observandus autem est Locus
A quo, (ex Mesopotamia) Fuga Iacobi à socero, Cap. 31.
Per quem: per regionem
Seir: ubi Iacobus cum fratre Esauo reconciliatur
Quibus auxiliis, Cap. 32.
Quomodo, Cap. 33.
Sichem: Cædes & direptio Sichemitarum, ob stuprum Dinæ illatum, Cap. 34.
Ad quem. Ad patrem Isaacũ in Mãbre, siue Hebrone degentem. Hic Iacobum excipit nouæ
Calamitas, tum ex obitu Deboræ, Rahelis & Isaaci, tum ex incæstu Rubenis filij, Cap. 34.
Felicitas ex fratris Esaui fortuna, rerum & personarum possessione insigni, Cap. 36.
Aegypto,
Primò filiorum:
Iosephi in Ægypto
Seruitus: Seruitutis
Causa: venditio, per quam factus est Iosephus mancipium Satrapæ Ægyptij, Cap. 37.
Motus: (fortuna & eventus)
Passiuus: θλῖψις, qua Iosephus Heri gratiâ excidens, in carcerem conijcitur, Cap. 39.
Actiuus: ἀναπολία, tanquam occasio emergendi ex carcere, Cap. 40.
Libertas & dignitas penè Regia, Cap. 41.
Iudæ incæstus cum nuru, κατ' ἐπιβολὴν insertus, Cap. 38.
Fratrum omnium, quorum Historia instar Comœdiæ habet
Πρόβασιν: Descensus fratrum Iosephi in Ægyptum
Absq; Beniamin fratre minimo, Cap. 42.
Cum Beniamin, Cap. 43.
Ἐπίτασιν: Incrementum malorum ad seruitutis periculum usque, Cap. 44.
Καταφορὰν: Iosephi ἀποκάλυψις, Cap. 45.
Deinde patris Iacobi
Abitus in Ægyptum, Cap. 46.
Commoratio ibidem, Cap. 47.
Obitus: Mortis
Ἠγώνυμα: Testamentum conditum, Cap. 48.
Ἀμφ' ὄντα: Oratio Iacobi προφητικὴ, Cap. 49.
Ἐπίθημα, ἢ τὰ μετὰ τὸν θάνατον: Luctus & sepultura, Cap. 50.

CAPVT

CAPVT I.

Mundi principia.



CAPVT II.

Mundi recèns conditi, & adhuc in primo flore constituti σχήματα.

- **ADIVNCTA, siue adiacentia Mundi**
  - Vniuersi: *Ornamentum*
    - Internum, *seu essentiale: Exercitus cœli & terræ. Sicut enim Imperator cohonestatur exercitu: Ita Mundus ornatur ijs omnibus, quæ in cœlo, & terræ centro ad conuexum cœli vsque ordinata extant. Vers.1.*
    - Externum *& aduentitium: Dies festus in honorem & memoriam creati Mundi institutus*
      - Qui *dies: Septimus, &c. vers.2.*
      - A' quo, *quomodo, & cur. vers.3.*
  - Partium, *hoc est, Rerum & Substantiarum*
    - Simplicium: *Cœli & terræ συζυγία, quam ostendit terræ fœcunditas, absque pluuiarum irrigatione, hominúmve cultura, sola vaporum humectatione tum prouenientis. vers.4.5.6.*
    - Mixtarum,
      - Imperfectè: *Vaporum terram fœcundantium efficacia. vers.6.*
      - Perfectè, *tum*
        - Inanimatarũ, *vt sunt*
          - Metallorum *& gemmarum præstantia. vers.11.*
          - Arborum *amœnitas & vtilitas. vers.9.*
        - Animatarum,
          - Ἀλόγων: *Brutorum nomina naturis consentanea. vers 19.*
          - Λογικῶν: Hominis
            - Natales *admirandi: Deus enim ipse δημιουργὸς corpori, de limo terræ iam creato, infundit animam. vers.7.*
            - Cõditio *& vitæ genus honestum atq; iucundum: videlicet cultura & custodia Paradisi. vers.15. Horti huius*
              - Autor *& plantator. vers.8.*
              - Situs. *vers.8.*
              - Qualitas, *siue amœnitas propter*
                - Arbores *quasuis, potissimùm autem arborem tum vitæ, tum Scientiæ boni & mali, ab eventu, κ) σοφλη-ψιν, sic dictam. vers.9.*
                - Fontem, *Paradisum irrigantem. vers.10.*
                - Flumina, *ex fonte illo orta:*
                  - Ganges *vers.11.*
                  - Nilus. *vers.13.*
                  - Tigris *vers.14.*
                  - Euphrates. *vers.14.*
            - Religio *& cultus Dei*
              - Internus *(agnoscendi, amandi, timendi, &c.) non exprimitur.*
              - Externus *(συμβολικὴ γυμνασία,) definitur*
                - Fruitione *rerũ, vsibus hominum destinatarum. vers.16.*
                - Abstinẽtiâ *ab ijs, quorũ vsus homini prohibitus erat. vers.17.*
            - Sapientia *in cognoscendis animalium naturis exactissima. vers.19.20.*
            - Coniugiũ *diuinitùs conciliatũ. Eius*
              - Finis. *vers.18.20. Adiutorium, &c.*
              - Materia: *Vxor ex costa Adami dormientis creata. vers 21.22.*
              - Efficiens *& autor:* IEHOVA *ipse, iungens vxorem marito. vers.22.*
              - Forma: *Coniunctio maris & fœminæ intima, atque arctissima. vers.23.24.*
            - Innocentia *vitæ: cuius symbolum erat Nuditas. vers.25.*

CAPVT

CAPVT III.

Lapsus Protoplastorum, per quem creatura vanitati subiecta est.

- **Divisio** huius capitis exurgit ex circumstãtia τῆς παραβάσεως. Tria enim præcipua facta in describẽdo lapsu hominis cõsideranda sunt:
  - **Παράβασις: Huius**
    - **Ἀφορμὴ πειρασμικὴ Tentatio Diabolica. Tentationis**
      - Ὄφις: *Serpens Animal astutum, ac proinde techni Diaboli accommodatum. vers.1.*
      - **Τρόπος: Suasoria oratio, constans**
        - Propositione *(comede) omissa. Moses enim ex longiori Diaboli ad mulierem sermone tantùm præcipua recenset.*
        - **Confutatione, hoc est,**
          - Ὑποφορᾷ *Satanæ, Deum in suspicionem odij & inuidiæ adducentis: Non fit verisimile, Deum tam durum mandatum promulgasse. vers.1.*
          - Ἀνθυποφορᾷ *Euæ, Dei partes tuẽtis. Negat enim durũ & molestũ esse, quod, maxima arborum copiâ concessâ, vnam duntaxat exceperit. vers 2.3.*
        - **Confirmatione à**
          - Tuto, *metu mortis adempto. vers.4.*
          - Vtili, *facta spe summi boni, quod est cognitio boni & mali. Hâc enim quàm proximè ad Deum accedimus. vers.5.*
    - Πτῶσις: *Ipsum Transgressionis opus. vers.6.*
    - Ἔκβασις: *Confusio ex nuditate animi & corporis orta vers.7.*
  - **Δικαιοκρισία, quæ constat**
    - **Citatione rei**
      - Quando *facta. vers.8.*
      - A quo: *Vocauit Dominus Deus Adam. vers.9.*
      - Quomodo *excepta: Metu & terrore, cuius signum est fuga. vers.8.*
    - **Accusatione**
      - Viri, *cuius conscientiam Dominus appellat. vers.11.*
      - Mulieris. *vers.13.*
    - **Defensione**
      - Adami *assumptiuâ per translationem*
        - Fugæ *in timorem & nuditatem. versus 10.*
        - Culpæ *in mulierem. vers.12.*
      - Euæ, *quæ similiter remouet culpam à se in Serpentem. vers.13.*
    - **Condemnatione, hoc est, maledictione**
      - Serpentis. *Sententia in Serpentem prolata habet tria genera malorum:*
        - Incessus *mutationem: Super terram grædieris, &c. vers.14.*
        - Victus *austeritatem. vers 14.*
        - Inimicitiam *& bellum ἀκατοῦδον Serpentis, imò Diaboli cum Muliere, eiusq; progenie. vers.15.*
      - Mulieris: *Mulcta Euæ inflicta est gemina:*
        - Dolor *concipiendi, pariendi, gestandi, & educandi liberos. vers.16.*
        - Priuatio *libertatis: Sub Viri potestate eris. Ipse dominabitur tibi. (Antea enim non subiecta erat, sed socia.) vers.16.*
      - Viri: *Pœna Adami habet tria incommoda:*
        - Sterilitatem *terræ. vers.17.18.*
        - Molestiam *& difficultatem operandi: In sudore vultus tui, &c. quasi dicat: Quodcunque vitæ genus sequeris, laboriosa & ærumnosa esto vitæ tua. vers.19.*
        - Mortem, *hoc est, ἀναλυσιν animæ à corpore, corporisq; in sua elementa vers.19.*
  - **Ἀπρχασία, seu πτῶσις, Executio sententiæ in Protoplastos latæ per eiectionem ex Paradiso. Exilij huius**
    - **Causa**
      - Adiuuans *& socia: Eua, quâ cum amanter vixit in exilio Adamus. Amoris signum est, nomen lætum atque honorificum Euæ ab Adamo impositum. vers.20.*
      - Instrumentalis, *contra iniurias cœli: Vestes pelliceæ. vers.21.*
      - Finalis: *Vt decretas mortis & calamitatum pœnas subiret. vers.22. Vbi obseruanda est oratio Dei ironica, comparanda cum suasione Serpentis. Suprà vers.5.*
      - Efficiens *& Materia: Quis, Quẽ eiecerit, Vnde, Quò, &c. v.23.*
    - Accidens *temporis: Perpetuitas exilij, sine omni spe reditus in Paradisum, propter custodiam Angelorum adhibitam vsque ad tempus Diluuij. vers.24.*

CAPVT IIII.

Est ἐπιδιαλλαγὴ generis Demonstratiui.

Demonstratio nim personam

- **Caini à**
  - Parentibus: *Adam cognouit vxorem suam Euam, quæ concepit, & peperit Vers. 1.*
  - Nomine, *quod habet à possidendo: Acquisiui Virum,* IEHOVAM. *Vbi notatur Euæ error. Vers 1.*
  - Fortunâ
    - Studiis & actionibus
      - Hypocriticis & impijs: *Factum est, vt offerret. (sine fide) Vers. 3.*
      - Iracundis. *Vers. 5.*
      - Stultis: *Non enim obtemperat diuinæ admonitioni. Vers. 6. & 7.*
      - Mendacibus: *Simulat erga fratrem humanitatem. Vers. 8.*
      - Iniustis: *Fratricidium committit. Vers. 8.*
      - Superbis; *Nunquid ego sum custos fratris mei? Vers. 9.*
      - Ignauis & desperatis: *Desperat autem propter*
        - Delicti sui magnitudinem. *Vers. 13.*
        - Pœnæ inflictæ grauitatem. *Vers. 14.*
      - Ambitiosis: *Aedificat vrbem, &c. Vers. 17.*
    - Aduersâ: *vt erat*
      - Ira & odium Dei erga Cainũ infidelem. *Vers. 5. Non respexit, id est, non approbauit, & acceptum habuit: Ἀπροσωπόληπτος dictum à Principum consuetudine.*
      - Ius primogenituræ ademptum Caino: *Maledictus esto super terram, quæ os suum, &c.* Exaggeratur crudelitas Caini, per comparationem terræ.
      - Sterilitas agrorum maior, quàm ante admissum homicidium. *Vers. 12.*
      - Exilium, *idque tale, vt semper incerta sede futurus sit. Vers. 12.*
    - Secundâ
      - Ἀσφάλεια, *securitas, qua Deus Caino, notâ vel stigmate aliquo impresso, cauet, ne quis facilè in cædem eius prorumpat. Vers. 15.*
      - Habitandi, *vel potiùs commorandi, atque subsistendi aliquandiu ab exilij erroribus locus in regione Orientali concessus. Vers. 16.*
      - Coniunx, *fuit soror, propter necessitatem illius temporis. Vers. 17.*
      - Progenies
        - Henoch. *Vers. 17.*
        - Irad, Mahuiael. *Vers 18.*
        - Mathusael. *Vers. 18.*
        - Lamech: *Huius*
          - Πολυγαμία *Vers. 19.*
          - Liberi,
            - Mares,
              - Iabal: *Author rei pecuariæ. Vers. 20.*
              - Iubal: *Inuentor Musices & musicorum instrumentorum. Vers. 21.*
              - Tubalcain: *primus fabrorum ferrariorum. Vers. 22.*
            - Fœminæ. *Noëma Vers. 22.*
          - Homicidium: *Homicidij*
            - Obiectum: *Quot & quos occiderit Vers. 23.*
            - Modus: *quo animo commiserit, spe nimirum impunitatis. Vers. 24.*
  - Mortis *genere, quod à Spiritu Sancto non exprimitur.*
  - Opinione *post mortem: Cain malè audit ob fratricidium & desperationem. Vers 10. 14.*
- **Abelis, qui commendatur à**
  - Parentibus & nomine: *Rursus peperit fratrem eius Abel. Vers. 2.*
  - Conditione: *Fuit Abel Pastor ouium. Vers. 2.*
  - Studio pietatis: *Abel quoque obtulit de primogenitis gregis sui. Vers. 4.*
  - Præmio rerum gestarum: *Respexit Dominus ad Abel, &c. Vers. 4.*
  - Vitæ exitu: *Cain interfecit eum Vers. 8.*
  - Opinione *post mortem: Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Vers. 10.*
- **Sethi, cuius notatur**
  - Natiuitas: *Cognouit Adam vxorem, & peperit, &c Vers 25.*
  - Nomen, *eiusque ἔτυμον. Vers. 25. 26.*
  - Soboles: *Filius Enos, qui laudatur à studio pietatis: iste cœpit inuocare nomen Domini, &c. Vers 26.*

CAPVT

CAPVT V.

Genealogia Adami, per Filium Seth, vsque ad Noam.



CAPVT VI.

Diluuij causa πρόκαταρκτική.

- **Est peccatū, quod hoc capite exaggeratur à**
  - **Personis eorū, qui peccârunt. Consideratur autem tum ratione**
    - Qualitatis: *Qui & quales peccarint, Filij Dei, id est, ij, qui puræ religionis & pietatis sectatores esse volebant, eamque profitebantur. vers.2.4. Hinc καθ' ἀντίθεσιν colligitur, Filias hominum vocari, quibus nulla erat pietas: quales fuerunt filiæ Caini, eiusque posterorum.*
    - Quantitatis: *Quot, Non pauci, Noiæ multitudinis sunt quatuor:*
      1. Cumque *homines cœpissent multiplicari. vers.1.*
      2. Videns *Deus quàm multa malitia. vers.5.*
      3. Omnis *caro corruperat viam. vers.12.*
      4. Repleta *est terra iniquitate. vers.13.*
  - **Re ipsa, καθ' ὑπεξαίρεσιν per distributionem peccati**
    - Interni *atque Originalis: Quod variè notatur. Vt cùm dicit: Quia homo caro est. vers.3. Item: Videns Deus, quòd omne Figmentum cordis humani tantummodò malum esset, omnibus diebus, &c. vers.5.*
    - Externi, *in*
      - Genere: *Repleta est terra iniquitate. vers.13. Item Omnis caro corruperat viam suam. vers.12.*
      - Specie, *tria recensentur peccata,*
        - Libido *in contrahendis matrimonijs, nulla fidei aut pietatis habita ratione. vers.2.*
        - Contemptus *verbi diuini. vers.3.*
        - Tyrannis. *vers.4.*
  - **Modo peccandi, idq; per ratiocinationem ex duobus signis:**
    - Temporis *spatio, ad pœnitentiam dato: Eruntque dies illius 120. anni. Ergo obstinatè peccârunt. vers.3.*
    - Pœnitentia *Dei: Pœnituit enim Deum, quòd fecisset hominem: hoc est, delere statuit, quem priùs formârat, (quod veluti pœnitere est, κατ' ἀνθρωπόπαθειαν) vnde tandem efficitur, deploratam omninò fuisse istorum hominum malitiam: quippe propter quam Deus etiam opus suum destruere cogitârit. vers.6.7.*
  - **Antitheto, hoc est contrario exemplo Noæ:**
    - Cur *sit is à Diluuio exceptus, quæ causa vt ostendatur, describitur Noa à Iustitia*
      - Passiua, *seu imperatiua: Noa inuenit gratiam: hoc est, sola Dei misericordia seruatus est. vers.8.*
      - Actiua: *Noa fuit vir iustus, atque perfectus (non effectu, sed affectu: vipote qui ex fide, sine hypocrisi, seriò studuit honestæ atque inculpatæ vitæ.) versu 9.*
    - Quomodo: *nimirum decreto Dei, de immittendo Diluuio, Noæ diuinitùs patefacto. vers.12.13.17.*
    - Quibus *auxilijs: Videl. Arca, id est, tecto nauigio, instar Arcæ fabrefacto. Nauigij huius extruendi*
      - Efficiens
        - Princeps & præcipiens IEHOVA: *Quæ causa in hoc capite πανταχοῦ notatur.*
        - Famulans: *Noa. Vers.14.22.*
      - Materia, *ex qua. vers.14.*
      - Forma
        - Totius, *secundùm tres dimensiones, longitudinis, latitudinis, & altitudinis. vers.14.*
        - Partium: *Tecti, ostij, conclauium, &c. vers.16.*
      - Finis geminus:
        - Vnus *defensionis contra vim aquarum. vers.17.*
        - Alterius relationis rerum
          - Animatarū
            - Hominum: *Noæ, eiúsque familiæ. vers.18.*
            - Brutorum *tam volatilium, quàm terrestrium. vers.19.20.*
          - Inanimatarum: *Commeatus pro hominibus atq; animalibus. vers.21.*

CAPVT

CAPVT VII.

Τὰ τῦ καθακλυσμῦ μέσα, καὶ ἄμα ὄντα sunt.

- Res
  - Seruatæ: *Reliquiæ ex*
    - Hominibus: *Noa, eiusque familia. Vers. 1.7.13.23.*
    - Animalibus *bruti,*
      - Quot: ex
        - Mundis, *septem individua. Vers. 2.3. Quòd autem ad terna mundorum paria septimum adjicit, pertinet ad subministrationem sacrificij mox à Diluuio futuri, infrà cap. 8.*
        - Immundis, *duo individua. Vers. 2.9.15.*
      - Qualibus: *ratione*
        - Speciei: *Omne animal secundùm genus suum. Ver. 14.16.*
        - Sexus: *Mas & fœmina, vt essent σύζυγα, seu coniuga ad conseruandas species. Vers. 2.3.16.*
  - Perditæ: *earúmque tum*
    - Inanimatæ: *Deleuit Deus omnem substantiam, quæ erat super terram. Vnà enim cum hominibus, ipsorum etiam possessiones funditùs perdidit. Vers. 23.*
    - Animatæ: *Omnis caro expirauit. Exaggeratur autem ista πανοπλία per distributionem atque orationem singularum specierum. Vers. 12.22.23.*
- Persona, *Omnia ista delens. Vers. 4.23.*
- Organa, & *media*
  - Conseruationis:
    - Fides *Noæ: Te vidi institum coram me, &c. Vers. 1.*
    - Prouidentia *Dei, Arcam obseruantis, atque obliuientis, ingressis cùm hominibus, tum animalibus. Vers. 16.*
  - Perditionis *atque abolitionis: Aquarum inundatio. Vers. 4.6.*
- Ai περιστάσεις
  - Tempus
    - Inchoationis. *Anno ætatis Noæ 600. mense 2. die 17. Vers. 6.11.*
    - Durationis, *tum*
      - Pluendo: *Quadraginta diebus. Vers. 12.17.*
      - Obtegendo *terram: Centum quinquaginta diebus. Vers. 24.*
  - Modus: *Aquæ inundárunt terram*
    - Κάτωθεν *infernè: Rupti sunt omnes Abyssi fontes. Certum enim est, terram aquis innatare, ac nisi vis aquarum diuinâ potentiâ contineretur intra suos limites, Mundus singulis momentis obrueretur aquis. Tunc autem Deus aquarum claustra quasi rupit, ac permisit, vt pro sua natura, terram obruere inciperent. Vers. 11.*
    - Ανωθεν *supernè: Cataractæ cœli apertæ sunt: hoc est, Non iam aquæ guttatim, vt aliàs in imbribus fieri solet, destillabant, sed tantâ copiâ de cœlo mittebantur, sicut cùm vas plenum aquæ, vno impetu, per fenestram domus effunditur. V. 11.*
- Quantitas: *quousque excreuerint aquæ Diluuij. Vers. 18.19.20.*
- Locus: *In superficie terræ, quod sæpius in hoc capite repetitur.*
- Causa *Diluuij* τελικὴ: *Vt esset luculentissimum iustitiæ, misericordiæ, atque prouidentiæ diuinæ testimonium.*

CAPVT VIII.

Restauratio rerum naturæ, Diluuio corruptæ.

- NATVRA rerum restaurata est per
  - Aquarum decrementũ: demonstratio facti et circumstantiæ.
    - Quis: *Recordatus autem Deus Noæ, &c. hoc est, præsenti ope effecit, vt Noa & reliqui intelligerent, ipsum suorum non oblitisci. vers. 1.*
    - Quid: *Reuersæ sunt aquæ, de terrâ euntes & redeuntes. vers. 3.*
    - Quibus auxilijs: *Adduxit ventum (venti enim, præsertim Orientales, exiccant.) vers. 1.*
    - Quomodo. *vers. 2. Modus decrementi contrarius est modo incrementi, de quo supra, capite præcedente.*
    - Quando *cœperint imminui aquæ. vers. 3. 5.*
    - Quod *signum decrementi fuerit: Arca in montibus Armeniæ maioris consistens. vers. 4. 5.*
  - Terrarum
    - Habitationem: *seu nouæ coloniæ in terras deductionem. Coloniæ huius*
      - Efficiens: *Autor atque deductor ipse* IEHOVA, *iubens Noam ex arca migrare in terram exsiccatam. vers. 15. 16.*
      - Finis: *Crescite & multiplicamini (vt terra habitatoribus repleatur.) vers. 17.*
      - Materia: *Coloni, seu Incolæ qui fuerint:*
        - Homines. *vers. 18.*
        - Bruta. *vers. 19.*
      - Forma. *Huc pertinet Colonorũ, seu Incolarum*
        - Ius *possidendi terram. vers. 17.*
        - Religio, *quomodo Deum coluerint: videlicet oblato sacrificio, cuius materia, locus & effectus notatur. vers. 20.*
        - Securitas *à Diluuio aquarum promissa per decretum Dei, de terra diluuio in posterum non vastanda. vers. 21. Cæterùm reliquæ terræ maledictiones, de quibus supra capite 3. & 4. nec tunc abstulit, nec adhuc ablatæ sunt, vt experientia docet. Quin etiam specialia supplicia certis regionibus immissa, (vt deletio Sodomitarum, &c.) hic excipiuntur.*
        - Commoditas *ex perpetua temporum tempestatumque vicissitudine, vsque ad nouissimum diem. vers. 22.*
    - Exsiccatio nẽ. *Terræ exsiccatæ*
      - Indicium *à Noa*
        - Quæsitum *per emissionem*
          - Corui. *vers. 6. 7.*
          - Columbæ. *vers. 8. 9.*
        - Inuentum *atque deprehensum per columbam*
          - Reuertentem *cum folio oliuæ. vers. 10. 11.*
          - Non *reuertentem: vtpote, quæ iam in terra inuenerat, non iã tùm pascendi (vt ante septem dies) sed etiam quiescendi & nidificandi locum. vers. 12.*
      - Tempus *& modus. Non enim primo statim die terræ exsiccata est, sed aliquot mensibus. vers. 12. 13. 14.*

CAPVT

CAPVT IX.

Hominum post Diluuium restitutio in integrum.

PARTES huius capitis sunt duæ:

- Ἀποκατάστασις ordinis
  - Oeconomici: *Videbatur enim tanto diluuij supplicio generationis donum quodammodo subtractum esse. Quamobrem repetit Dominus promissionem de benedictione & multiplicatione. Vers. 1. & 7. Quanquam hæc repetitio multiplicationis, non tam promissio est, quàm ἐπανάληψις primæ illius Legis suprà cap. 1. & 2. positæ.*
  - Politici. *Renouat enim Leges de*
    - Imperio *hominis in bruta Vers. 2.*
    - Esu *carnis*
      - Mactatæ, *& à sanguine bene purgatæ concessa. Vers. 3.*
      - Non *mactatæ legitimè, sed suffocatæ, & adhuc cum sanguine (animæ vehiculo) concretæ, prohibito. Vers. 4. Noluit enim Deus populum suum, bestiarum sanguinem, aut membra à sanguine nondum repurgata comedendo, crudelitati assuefieri, ac tandem in homines sæuire: quem finem sequens etiam Lex de Homicidio lata satis luculenter ostendit.*
    - Homicidio *seuerissimè puniendo per hominem, Dei autoritate instructum. Vers. 5. 6.*
  - Ecclesiastici, *cui tradit Deus*
    - Verbum, *quo terrorem à diluuio adimit, fœdere pacis sempiterno. Vers. 8. Fœderis*
      - Essentia, *nimirum, tum*
        - Materia:
          - Homines. *Vers. 9.*
          - Bruta: *Nam & hæc fœderis cum hominibus initi commodum percipiunt. Vers. 10.*
        - Forma *expressa. Vers. 11. de terra vniuersali aquarum diluuio in posterum non vastanda.*
      - Accidens *temporis: Perpetuitas. Vers. 12.*
    - Signum, *siue Sacramentum Iridis. Vers. hb. 12. 17. Signi huius*
      - Locus *& situs in nubibus. Vers. 13. 14.*
      - Causa *finalis notatur vers. 13. Erit in signum fœderis inter me, & inter terram: quasi dicat, Hoc signum vobis testimonium erit, quòd fœderis mei non sim oblitus: quippe quod firmiter seruabo. Additur ἐπεξήγησις. Vers. 14. 15. 16.*
- Ἐπάνοδος *ad historiam Noæ, narratione diluuij interruptam. Loci de persona huius Patriarchæ demonstrandi, qui restabant, hi sunt:*
  - Progenies. *Vers. 18. 19. de quæ etiam plura cap. seq.*
  - Vitæ *genus post diluuium. Vers. 20.*
  - Παροινία *ebrietatis. Vers. 21.*
  - Fortuna *& calamitas domestica, nimirum ignominia*
    - Illata *à Chamo, parentem per ebrietatem denudatum irridente. Vers. 22.*
    - Depulsa *à Sem & Iapheto. Obseruetur autem circumstantia modi, quantâ reuerentiâ, patris nuditatem tegant. Vers. 23.*
  - Mors: *mortis*
    - Ἡγέμονες: *Testamenti dispositio de fortuna filiorum:*
      - Chami. *Vers. 24. 25.*
      - Semi. *Vers. 26.*
      - Iapheti. *Vers. 27.*
    - Συνετελεσμένον: *Ætas, quod annos vixerit. Vers. 28. 29.*

CAPVT X.

Origo Gentium.

FAMILIAE & Gentes propagatae à

- Iapheto, recenſentur à verſu 1. vſque ad 6.
  - Gomer: *Huius poſteritas obtinuit ſuperiorem Aſiæ minoris partem, vt ex Ezechiele (cap. 38.) & poſterorum ſedibus colligitur.*
  - Magog: *Scythæ.*
  - Madai: *Medi.*
  - Iuan: *Iones Græci.*
  - Tubal: *Hinc Hiſpani & Itali.*
  - Meſech: *Cuius poſteritas in Armenia fuiſſe dicitur: vt ſunt Albani, Iberi, Cappadoces.*
  - Thyras: *Thraces, accolentes Pontum Euxinum atque Propontidem.*
  - Aſcenes: *Germani, vel vt alij exiſtimant, incolæ Ponti & Bithyniæ, vbi locus & ſtruuius eſt Aſcanius, ab hoc denominatus.*
  - Riphat: *Riphæi: olim Paphlagones dicebantur.*
  - Thogorma: *Populi Armeniæ minoris, quorum Reges Tygranes, & oppida multa Tygranocerta dicta ſunt.*
  - Eliſa: *Æoles.*
  - Tharſis: *Cilices, quà Syris coniunguntur, vbi ſita eſt Tharſus.*
  - Cethim: *Macedones.*
  - Dodanim: *Dodonæi: Alij intelligunt Rhodios & Dores.*
- Chamo, enumerantur à verſ. 6. ad 12. vſque
  - Chus (*qui Arabibus, Æthiopibuſq; originem & nomen dedit*)
    - Saba: *Arabia deſerta.*
    - Hæuila: *Indi.*
    - Sabbatha, Regma: *Arabia felix.*
    - Sabathma: *Auſtralis regio in Æthiopia, vbi Reginæ dicebantur Candaces.*
    - Nimrod deſcribitur à
      - Potentiâ: *Erat potens in terra: hoc eſt, Conditor Monarchiæ Chaldaicæ & Aſſyriacæ.*
      - Tyrannide *inſigni, vt etiam in prouerbium abieris.*
      - Regni *ſede in Meſopotamia & Chaldæa.*
  - Miſraim, (*Ægyptij.*) Hinc
    - Ludim: *Lydi Aſiæ populi.*
    - Anamim.
    - Lahabim: *Lybia in Africa.*
    - Nephtuhim: *Æthiopes Ægyptijs contermini.*
    - Petruſim: *Numidæ, Mauritani.*
    - Chasluhim: *Philiſtijm, Palæſtini.*
  - Phut: *Afri.*
  - Canaan, q̃ genuit
    - Sidonem: *à quo vrbs Sidon condita creditur.*
    - Hethæum: *Incolæ Hebron vrbis.*
    - Iebuſæum: *Cuius poſteritas aliquandiu habitauit Hieroſolymis.*
    - Amorrhæum, Gergeſæum, Heuæum, Aracæum, Sinęum, Aradium, Samaræum, Hamathæum, &c.
- Semo, continentur reliquis huius cap. verſibus:
  - Aelam: *Ælamitæ in ſuperiore Perſidis parte.*
  - Aſſur: (*Aſſyrij*) deſcribitur à rebus geſtis: Ædificauit
    - Niniuen,
    - Reheboth,
    - Reſen,
    - Chalach.
  - Lud.
  - Arphaxad (*à quo Chaldæi*) huius filius Sale: nepos Heber (*Hebræi*) pronepotes ex Heber ſunt
    - Phaleg.
    - Iectan (*à quo multi Iudæi populi orti.*)
      - Elmodad,
      - Saleph,
      - Aſarmoth,
      - Iare, Adoram,
      - Vzal,
      - Decla,
      - Hebal,
      - Ophir,
      - Hæuila.
  - Aram (*Syri*) huius filij
    - Hus, *inde* Iob,
    - Hul,
    - Gether, Mes.

CAPVT

CAPVT XI.

Credentium propagatio oppoſita diſperſioni Gentium.

- Diſperſio Gentium, ἀποσπασθῆναι in orbe terrarum habitantium. Diſperſionis cauſa
  - Προκαταρκτικὴ: Verbis & turris Babylonicæ extructio. Ædificationis
    - Ἀφορμὴ: Vnius, eiuſdemq; cùm habitationis, tùm ſermonis vſus. Verſ. 1.
    - Locus: *Inuenerunt campum in Senaar, id eſt, inferiore parte Meſopotamiæ, quæ ſubiacet monti Signaræ. Verſ. 2.*
    - Modus: *Communi conſilio & auxilio: Dixit alter ad alterum, &c.* μίμησις ſe inuicem cohortantium: *Venite, faciamus, &c. Verſ. 3.*
    - Materia *ex qua Verſ. 3.*
    - Quantitas *monſtroſa. Verſ. 4.*
    - Finis *geminus: Cupiditas gloriæ & metus ſeparationis. Verſ. 4.*
  - Πανηλικὴ. *Verſ. 5. potiſſimùm Verſ. 8. & 9. Obſeruæ ibidem* ἀνθρωποπάθειαν.
  - Ὀργανικὴ: *Confuſio & varietas linguarum. Verſ. 7.*

Initium Hiſtoriæ de Abrahamo, qui deſcribitur à maioribus, parentibus, cognatione, & coniugio.

SVNT ergo κεφάλαια huius capitis duo:

- Collectio & propagatio Eccleſiæ per
  - Sem *Verſ. 10. 11.*
  - Arphaxad. *Verſ. 12. 13.*
  - Sale. *Verſ. 14. 15.*
  - Heber. *Verſ. 16. 17.*
  - Phaleg. *Verſ. 18. 19.*
  - Reu. *Verſ. 20. 21.*
  - Sarug. *Verſ. 22. 23.*
  - Nathor. *Verſ. 24. 25.*
  - Thare. *Verſ. 26.* Loci perſonarum eius demõſtratores, ſunt tres:
    - Aran: *huius*
      - Filius: *Loth. Verſ. 27.*
      - Mors *immatura. Verſ. 28.*
    - Progenies, ſeu filij:
      - Nachor: *notatur eius coniugium, Vxoris nomen & familia. Verſ. 29.*
      - Abraham *deſcribitur à coniugio ſterili Verſ. 30.*
    - Exilium, ſeu peregrinatio. *Verſ. 31. qui verſus quædam quaſi* κεφαλαίωσις *eſt, difficilis & diuturnæ peregrinationis, Abrahamo diuinitùs imperatæ propter idololatriam patriæ ſuæ fugiendam: de qua cap. ſeq.*
    - Mors. *Verſ. 32.*

CAPVT XII.

Religiosa Abrahami peregrinatio.

PIETATIS indicium est, Religiosa peregrinatio: In qua describenda occurrunt

- **Finis:** *Fuga idololatriæ. Nam Iosua cap 24. dicitur, quod etiam sancta Noæ posteritas (inter quos fuit Thare pater Abrahami) ad idololatriam declinarit. Deus igitur consulturus saluti suæ Ecclesiæ, ne in idololatria perseueraret, atque ita periret: Abrahamum è terra Chaldæorum abire iussit, vt testatur Stephanus, Act. 7.*
- **Causa: vtpote**
  - **Efficiens**
    - **Mouens, atq; iubens: Oraculum θεοσυλλήπτον. Huius**
      - Πρόπτωσις, *Circumstantiæ (Quis, Vnde, Quò, &c.) illustrata. Vers. 1.*
      - Αἴτια κατάλυκη, *est promissio benedictionis, in amplificanda familia, nominisq; celebritate. Cæterum hanc benedictionem exaggerat*
        - Αὔξησις, *seu ἐμφασις verbi: Eris non modò benedictus in corporalibus & spiritualibus, sed ipsa etiam benedictio. Vers. 2.*
        - Causâ φυλακτικὴ: *Tanta, inquit Deus, benedictio tibi commissa est, vt propter eam communes tecum amicos & inimicos habiturus sim. Vers. 3.*
        - **Effectu:** *Tanta eris benedictio, vt per te etiam in alios redundatura sit. Nã omnes gentes (tibi per fidẽ insitæ) huius benedictionis (spiritualis potissimùm atq; æternæ) fient participes. Vers 3.*
    - **Agens, seu peregrinans. Vers. 4.**
    - **Adiuuans: instrumenta peregrinandi**
      - Animata: *Homines itineris comites, qui & quales describantur. Vers. 4. & 31. capitis præcedentis.*
      - Inanimata: κτήνη καὶ χρήματα, *quæ hoc loco, vt & alibi, in Scriptura comprehenduntur nomine substantiæ. Vers. 5.*
  - **Forma (materiæ coniuncta) est ipsa motio: cuius tres sunt species**
    - Ἀναβασία, *Exitus Abrahami ex Vr Chaldæorum, vrbe Babyloniæ. Vers. 1. & 31. capitis præcedentis.*
    - Ἐπιμονή, *Commoratio, seu statio in*
      - Haran (*vrbe Mesopotamiæ.*) *Hic enim ad tempus substitisse videtur, propter morbum patris Thare, qui ibi mortuus est. Vers. 4. 5.*
      - Sichem (*vrbe Chananæa*) *quæ describitur à situ atque possessore. Vers. 6.*
      - Bethel & Hai. *Vers. 8.*
      - Plaga *Australi Ægyptum versus: Locus huius stationis est* מִנֶּגֶב. *Vers. 9.*
      - Aegypto, *quam fame compulsus petere coactus fuit. Vers. 10.*
    - Ἐπάνοδος, *Reditus*
      - Vnde. *Vers. 1. cap. seq.*
      - Quò. *Vers. 2. & 3. cap. seq.* ἀναβάσεις *enim loca (per quæ redijt) eadem fuerunt quæ* ἀναβάσεις.
- **Accidentia:**
  - **Tempus:** *Quo ætatis anno Abrahamus peregrinationem istam obierit. Vers. 4.*
  - **Motus:** *Peregrinatio per se & suâ naturâ motus est. Huic autem peregrinationis motui accidit plerunque etiam alij motus, siue ad actiones, siue passiones referri possunt. Ergo peregrinationum motus accidentales sunt ea omnia, quæ peregrinanti præter consilium instituumque suum eueniunt, eaque cùm bona, tum mala. Cæterùm præsentis peregrinationis motus alij sunt*
    - **Actiui: Abrahami**
      - Pietas, *seu Iustitia religiosa* Ἀλεξιμάλκη, *tribuẽs Deo cultum inuocationis & gratiarũ actionis. Vers. 7. 8.*
      - Pusillanimitas: *qua nimio timore perculsus, male consuluisset Vxoris pudicitiæ, nisi dominus, infelix, ex arena captum, consilium clementer correxisset. Neq; tamen petit Abrahamus ab Vxore vt mẽtiatur, falsum aiens, aut negans verum, sed tantùm vt partem veri (esse illam sororem, propter auum, quem habebant communem) dicens, partemq; (esse vxorem) reticens, ipsum à periculo liberet. Vers. 11. 12. 13.*
    - **Passiui: quoad Fortunam: Vxoris**
      - Animum, Προφύλαξις, *in qua Deus Abrahamum de possessione terræ Canaan certiorem reddit. Vers. 7.*
      - **Raptus:**
        - **Efficiens**
          - Instrumentalis: *Aulici. Vers. 14.*
          - Princeps: *Pharao. Vers 15.*
        - **Effectus:** *Regia beneuolentia, atq; beneficentia erga Abrahamum. Vers. 16.*
      - **Restitutio. Vxoris restitutæ**
        - **Cur:** *Pharao plagis adductus restituit Saram. Vers. 17.*
        - **Quo: cum**
          - Expostulatione, *qua omnẽ culpam in Abrahamum reijciens, se à culpa alienum dicit. Vers 18. 19.*
          - Assecuratione, *seu fide publica data. Vers. 20.*

CAPVT

CAPVT XIII.

Manſuetudo Abrahami, de iure ſuo cedentis, φιλησυχίας ἕνεκα.



CAPVT XIII.

Res Abrahami bello gestæ in liberando Lotho.

- Hypothesis: Bellum sustentum, atque gestum
  - A quo: Reges
    - Babyloniæ, Amraphel. —
    - Ponti, Arioch.
    - Persarum, Chedorlahomer. — Vers. 1.
    - Ciliciæ Thadal. —
  - Contra: quos
    - Bara, Regem Sodomæ. —
    - Bersa, Gomorrhæ Regem.
    - Senaah, Regem Admæ. — Vers. 2.
    - Semeber, Regem Seboim.
    - Regem, Balæ. —
  - Vbi. vers. 3.
  - Cur: Rebellio. vers. 4. —
  - Quando: Anno decimo tertio, &c. vers. 5.
  - Quo eventu, hoc est, quæ mala secuta sint
    - Vicinis, qui possent rebellibus Regibus, bello petitis, auxilium ferre. vers. 5. 6. 7.
    - Rebellibus, vi est
      - Insania sumendi arma contra hostes victoriam iam de omnibus vicinis reportatæ. vers. 8. 9.
      - Cædes atque fuga. vers. 10.
      - Direptio vrbium & pagorum. vers. 11.
    - Incolis: Captiuitas Lothi. vers. 12.
- Mirum: Factum Abrahami heroicum. Facti
  - Causa mouens: Fortuna cognati in captiuitatem abducti. vers. 13. 14.
  - Organa & auxilia
    - Externa: Confœderati, expeditionis socij. vers. 13.
    - Domestica: Numerausi 300. Vernaculos. vers. 14.
  - Locus quousque hostes sit persecutus. vers. 14. 15.
  - Modus, seu stratagema: Diuisis copijs, irruit noctu. vers. 15.
  - Euentus optatus: Abrahamus enim cum Lotho liberato, omnibusq; facultatibus recuperatis, victor redit ab expeditione. vers. 16.
- Eucharistia: Gratulatio victoria à potentissimis Regibus reportata, facta Abrahamo à Rege
  - Salem:
    - Persona
      - Quæ gratulatur. vers. 18. Notatur ipsius nomen & conditio, seu vitæ genus, vt ostendatur causa cùm humanitatis & benedictionis, quã Melchisedech præstiturus est Abrahamum, tum vicissim decimarum, quas Abraham ipsi obtulit.
      - Cui gratulatio facta est: Abraham pro gratulatione ista gratus Sacerdoti gratulanti, decimas dat, nõ tantùm in præsenti, de præda in hoc bello parta, sed etiã in posterum de prouentibus suis annuatim. vers. 20.
    - Modus gratulandi eõ fistit sũ in
      - Rebus. vers. 18. Melchisedech exiens, Abrahamo obuiam adduxerat commeatum. Nusquam enim Hebræum verbum legitur pro offerendi verbo.
      - Verbis benedicendo, hoc est,
        - Laudando & celebrando Abrahami fortitudinem, tam spiritualem, quàm corporalem. vers. 19.
        - Agendo gratias pro victoria diuinitus concessa. vers. 20.
  - Sodomæ: vbi considerandæ venit
    - Regis Sodomorum gratitudo, quam declarat
      - Occursu honorifico. vers. 17.
      - Donis amplissimis oblatis. versu 21.
    - Abrahami
      - Continentia. Sola liberatione contentus, nihil sibi ex præda quærit, aut oblatum accipit: imò iuramento etiam confirmat, se non seruncium quidem accepturum. Vsitur autem formula prouerbiali de rebus vilissimis, & nullius precij, à quibus qui se abstenturum dicit, confirmat multò magis se à maioribus precioforibusque sibi temperaturum esse. vers. 22. 23.
      - Prudentia: Ne dicas, Ego ditaui Abrahamum. versu 23.
      - Iustitia: Ius suum cuique seruans, videlicet
        - Seruis. vers. 24.
        - Sociis. vers. 24.

CAPVT.

CAPVT XV.

Fortuna Abrahami, in genere.

NOMINE Fortunæ intellige bona hominis externa, aliàs dicta Fortuita, respectu nostri tantũ, nõ Dei, pro tidentiâ suâ omnia dispõntis administrantisque. Cæterùm Fortuna Abrahami in genere considerata, est partim

- Externa, Materialiter: *rerum, acquisitio & possessio*
  - Formaliter: *Securitas ab hostium impetu, odio, invidiâ & violentiâ diuinitùs promissa, per visionem. vers. 1.*
  - Rerum, *hoc est, terræ Canaan promissæ, atque confirmatæ*
    - Occasio. *Querela Abrahami* [illegible], *quòd* [illegible], *suæ hæredem naturalem & legitimum vitam transigens ad mortem properet. vers. 2. Et quia arbitratem ipsam grauiter & molestè tulit: ideò ex animi perturbatione repetit eandem querelam. vers. 3.*
    - Forma: *Oratio* IEHOVAE
      - Personarum, *hoc est, numerosæ posteritatis à Deo promissæ. Promissionis*
        - Enunciatiua. *vers. 4. Cæterùm Abrahamo non tantùm filius promittebatur, sed in hac etiam promissione includebatur Christus seruator, nasciturus ex semine Abrahæ secundùm carnem.*
        - Emphatica & ostensiua. *Pronunciat enim posteritatis Abrahamicæ.*
          - Amplitudinem, *demonstratam atque exaggeratam collatione stellarum innumerabilium. vers. 5.*
          - Sortem
            - Malam: *Exilium posteritatis Abrahamicæ. Exilij*
              - Locus: *In terra non sua, id est, Ægypto. vers. 13.*
              - Qualitas: *Exilium graue, atque molestum. vers. 13.*
              - Tempus: *Exilium* [illegible]. *vers. 13.*
            - Bonam: *Reditus ab exilio: Abrahæ posteri redituri*
              - Quomodo: [illegible] *opulenta & gloriosa. vers. 14.*
              - Quando: *Post mortem Abrahami, generatione demùm quartâ. vers. 15. 16.*
              - Cur nam serò? *Nec dum completa sunt iniquitates Amorræorum. vers. 16.*
    - Verbis. *vers. 7. 18 Promissæ terræ*
      - Termini. *vers. 18.*
      - Incolæ. *vers. 19. 20. 21.*
    - Symbolis, *id est Hostijs. quibus fœdus ictum est inter*
      - Abrahamũ. *Obseruantur autem à*
        - Ἀσχήμως: *Quomodo Abraham petierit signum. vers. 8.*
        - Ἱερουργία: *Abrahamus hostias*
          - Comparat *ex Dei iussu. vers. 9.*
          - Mactatas, *diuisit. versus 10.*
          - Custodit, *atque defendit ab auibus. vers. 11.*
        - Ἔκβασις: *Abrahamus victimis parandis defessus incidit in somnum terroris plenum. vers. 12.*
      - Deum *(ex more feriendi fœdera antiquo) inter hostias dissectas in lampade ignis transeuntem, eaque incendentem consumentemq; vers. 17.*
- Interna: *Iustificatio, εἰσαγωγὴ ἐκ τοῦ ἀσεβοῦς, Fides in promissum semen: Credidit Abraham Deo, & imputatum est illi ad Iustitiam: hoc est, eum, quamuis iustitiâ carentem, pro iusto habuit, numerauitq. in loco iustitiæ, quod promissiones firmâ fide amplexus est. vers. 6.*

CAPVT XVI.

Abraham ex filium Ismael nascitur, electa priùs matre.

Nomine: *Agar. Inde Agareni, qui vi se filios Sarę insinuarent, vocărum se ipsos Saracenos, quasi non ab ancilla, sed domina Sara, oriundi. Vers. 1.*

Conditione: *ancilla. Vers. 1.*

Natione: *Aegyptia. Vers. 1.*

A qua: *Ab hera, Sara, sterili. Vers. 1.*

Cur: *Desiderio seminis benedicti ex Abrahamo suscipiendi. Vers. 2.*

Coniugio: *Agar marito non iuncta Abrahamo*

Quomodo: *(marito, precibus uxoris acquiescente.) & Quando (cùm scilicet iam aliquot annos Sara expectasset ex se prolem: tandem pertęsa aliam à Deo matrem destinatam, videlicet ancillam.) Vers. 3.*

Fastu & ingratitudine, quam exaggerat circumstantia

Personæ erga quam: *Ex hera grauida facta, despexit heram, à qua è seruitute in eum dignitatis locum euecta erat. Vers. 4.*

Effectus: *Paroxysmus inter sanctos alias coniuges. Vers. 5.*

Contumaciă: *qua amplificatur ratiocinatione: Adeò correctione heræ non est emendata, vt etiam fugam ceperit. Vers. 6.*

Genus vitæ hermaei. E. tenuis Ismaelis mater de seruitute?

Causa ἐρχομένη καὶ ἀποδιδρασκέσα, est oraculi diuinitùs allati, cuius vres circũstantię notantur:

Persona internunciy: *Angelus Domini. Vers 7.*

Locus. *Vers. 7.*

Res, de qua Oraculum allatũ: Angelus iubet Agaræ reditum:

Exordium: *Vers. 8.*

Propositio: *Reuertere. Vers. 9.*

Confirmatio ab

Honesto: *Humiliare submanu eius, memor illam heram, te ancillam: illam liberam, te seruam. Vers. 9.*

Vtili, *hoc est, promissione numerosæ posteritatis. Vers. 10.*

Respiscentiæ, seu quod idem est, inspirationis ἐρχομένη. Pœnitentiæ

Effectus: *Exultatio & gratulatio, siue gratiarum actio, qua Dei prouidentiam celebrat, nouo nomine (in memoriam accepti beneficij) imposito*

Deo: *Deus videns, hoc est, respiciens meam calamitatem. Vers. 13.*

Loco: *Puteus viuentis & videntis. Vers. 14.*

ISMAELIS

Natiuitas, ἀπὸ τῶν γενομένων

Ortu & nomine imponendo. *Vers. 11.*

Hyperbola: Prælagium & vaticinium de Ismaelitis

Genere vitæ instituendo: *Erit homo ferus (dedituς venationibus, bellis & latrocinijs.) Vers. 12.*

Partus & impositio nominis. *Vers. 15.*

Anni ortus

Tempus: *quo Abrahami ætate natus fit Ismael. Vers. 16.*

CAPVT

CAPVT XVII.

Amicitia, seu fœdus DEI cum Abrahamo initum, sub Sacramento Circumcisionis.



CAPVT XVIII.

Hospitalitas Abrahami, Angelos conuiuio excipientis.

HOSPITALITATIS partes formales sunt tres: Hospitium

- Inuitatio, et suis circumstantijs:
  - Vbi. loco: Communis: *in conualle Mambre. vers. 1.* / Proprius: *in ostio Tabernaculi, &c. vers. 1.*
  - Quando: *in ipso feruore diei. vers. 1.*
  - Quos & quot inuitaris: *Apparuerunt ei tres viri, &c. Filius Dei, assumptis duobus Angelis in specie trium virorum. vers 2.*
  - Quomodo:
    - Facies: *Cucurrit de ostio, &c. vers. 2.*
    - Gestibus: *Adorauit in terram vers. 2.*
    - Verbis: *Oratione imperfecta, seu officiosa. Offert autem*
      - Hospitium. *vers. 3.*
      - Commoditatem *reficiendi vires. vers. 4 5.*
      - Prandium *minimè sumptuosum, vt eò citiùs & expeditiùs possent se dare cœpto itineri. vers. 5.*
- Tractatio. *Occurrunt hîc*
  - Ἀναγνώρισις *seu cognitio, apparatus conuiuij: In quo describendo Spiritus S. sedulitatẽ Abrahami ad excipiendos hospites commendat, non tantùm ab esculentorum quantitate & qualitate, sed etiam officiorum distributione, in qua ne seipsum quidem patrem familiàs, neq; Saram, domus dominam, Abrahamus præterijt. vers. 6.7.8.*
  - Ἀναγνώρισις *seu cognitio familiaris:*
    - Partu, *vtrum pariatura sit?*
      - Φάσις *Angeli. Vers. 10.*
      - Ἀνάφασις *Sarę à λόγῳ ἐνδιάθετον. ver. 10. 12. Aiunt à Sara allatum sumitur à sua & mariti ἀναμνήσει. vers. 11. 12.*
      - Σωίτχεσις *ab Angelo opponitur ad labefactandam rationem Sarę: Ducitur autem à Dei omnipotentia. Vers. 13. 14.*
    - Risu, *num riserit?*
      - Affirmat *Angelus. Vers. 13. 15.*
      - Negat *Sara, timore perculsa. Vers. 15.*
  - Causa *renouationis in statu* ἀναγεννήσεως, *vtrum auerso vultu sit Abrahamo reuelandat Affirmat Dominus. Vers. 17. Causa affirmationis ducitur à fine geminо:*
    - Vnus, *est testificatio diuinæ gratiæ erga Abrahamum. vers. 18.*
    - Alter, *vtilitas posterorum. vers. 19.*
- Dimissio. *versu 16. Circa dimissionem describitur Reuelatio consilij diuini de vrbium euersione. Obseruanda autem est*
  - Res ipsa *reuelata. In cuius hîc statu Iudicialis, cuius duæ sunt partes:*
    - Accusatio, *quod*
      - Fecerint: *Coniectura à publica fama. vers. 20.*
      - Malè & tam securè, *quasi Deus non esset, aut non videret. Huc pertinet* Ἀναγνώρισις *descensionis & inquisitionis, quâ verborum figurâ Spiritus Sanctus innuit, homines tam securè peccatis indulsisse, tanquam si ipse Deus non videret, aut sciret, quid in terris ageretur. Itaque phrasi istâ, non Dei ignorantia innuitur sed hominum impia securitas & secura impietas accusatur. Vers 21.*
    - Defensio: *Cùm peccatum Sodomitarum nõ negari, multò minùs excusari posset: Abrahamus vtitur deprecatione pro Sodomitis, vt malis propter bonos admixtis parcere dignetur. Orationis* ἀναγνώρισις
      - Exordium
        - Benevolentiæ, *à persona Abrahami: Quia semel cœpi, loquar ad Dominum meum, cùm sim cinis & pulvis: quasi dicat, consto ex cinere & pulvere, vili scilicet materia: Ergo vilis & abiectus sum: ac proinde indignus, qui loquar cum Deo. vers. 27.*
        - Attentionis: Ἀξίωσις *(vt benignè se audiat) aliquoties repetitur, vt vers. 30. & seq.*
      - Propositio. *vers. 23. Interrogationis figura habet vim affirmandi.*
      - Confirmatio
        - Iusto, *seu iusti Iudicis officio. vers 25.*
        - Æquo: *Iniquum esset, promiscuè de omnibus supplicium sumere, sed vel propter paucos bonos, etiam malis parcendum est. Hanc ἔννοιαν Abrahamus transfert ad ἀριθμόν, vt etiam propter decem tantùm pios toti Sodomorum regioni parcendum esse contendat. Vers. 24. Vsque ad versum 33.*
      - Epilogi *loco, ponitur finis ἀναγνώρισις, hoc est, intercessionis pro Sodomitis. vers. 33.*

CAPVT

CAPVT XIX.

Sodomæ vicinarumque ciuitatum euersio.



CAPVT XX.

Exilium in Geraris cum suo eventu.



CAPVT

CAPVT XXI.

Abrahami filij, quorum vnus nascitur, alter eiicitur.

CAPVT hoc imprimis duplex est. Demonstrat enim personã

- Isaaci, ab ortu seu natalibus. Horum
  - Antecedentia: *Oraculum, seu præsagium futuri partus, quomodo impletum. Vers. 1. Visitauit Dominus Saram: hoc est, promissum exitum ut est. Visitare enim in Scriptura est, exequi promissum bonum, vel denunciatum malum.*
  - Coniuncta: *Ipsa Natiuitas, in qua considerantur*
    - Personæ generantes. *Vers. 2.*
    - Motus *ipse concipiendi & pariendi. Vers. 2.*
    - Mensura *motus, hoc est, tempus. Vers. 5.*
  - Consequentia
    - Nominis *impositio. Vers. 3.*
    - Circumcisio, *quando, & quomodo facta. Vers. 4.*
    - Gratulatio *Saræ, quæ beneficium donati filij cõmendas ab*
      - Autore & effectu. *Vers 6.*
      - Insolitã *varietate. Vers. 7.*
    - Ablactatio. *Vers. 8.*
- Ismaëlis, à
  - Moribus: *Vidit Sara quòd Ismael esset derisor. Certum autem est ex Epist. ad Gal. 4. non fuisse simplicem irrisionem, sed cum vexatione & persecutione coniunctam. Vers 9.*
  - Fortunâ exilij. Ejectionis
    - Authores qui fuerint Abrahamo:
      - Sara *irritata conatu Ismaëlis hæreditatem affectantis propter primogenituram. Vers.10.*
      - Deus, *qui Abrahamum (cunctantem Vers.11.) ad ejectionem illã hortatur à*
        - Iusto: *Isaac erit, & reputabitur legitimus hæres, ad quem promissiones tibi factæ derivabuntur. Vers.12.*
        - Vtili: *Confirmat enim Abrahamum repetitâ promissione de posteritate Ismaëlis numerosâ. Vers.13.*
    - Factum *ipsum: Ancillam paulò ante vxorem, cum filio primogenito, tenuiter & miserè dimittis Abrahamus. Vers.14.*
    - Eventus.
      - Periclitationis
        - Locus: *In deserto Birsabee. Vers.14.*
        - Materia: *quã re periclitati sint, videlicet penuriâ aquæ. Vers.15.*
        - Magnitudo: *Filius siti & mœrore confectus, erat in extremo vitæ periculo. Vers 16.*
      - Liberationis *Deus enim suspiriis & gemitibus Ismaëlis moribundi commotus, matrem*
        - Consolatur. *Vers.17.*
        - Hortatur *ad curam filij. Vers.18.*
        - Recreat, *& soluto perturbationis stupore efficit, vt videret fontem vicinum, quem antea, licèt apertis esset oculis, non videbat. Vers.19.*
  - Genere *vitæ in solitudine transactæ. Vers.20.*
  - Coniugio, *auctoritate matris contracto. Vers 21.*
- Abrahami, ab
    - Beniamin. Cap. 18.
    - Sex reliquis Tribubus, vt & Iosuæ eiusque familiæ. Capite 19.
  - Obiectum, hoc est, quibus terra distributa sit, videlicet
    - Fugitiuis asyla assignata. Capite 20.
    - Leuitis vrbes attributæ. Cap. 21.
- Dimissio Transiordanicorum. Cap. 22.
- Comitia in Sichem celebrata. Cap. 23.

- Mortes, & iis, quæ obitum vel antecesserunt, vel proximè consecuta sunt. Cap. 24.

CAPVT

CAPVT I.

Vocatio Iosuæ ad gubernationem populi Israelitici.

- **Iosvam** prouinciam hanc non ambiisse, sed diuinitùs illi demandatam fuisse, apparet ex oratione
  - **Dei** *ad Iosuam*
    - Narratio *de morte & obitu Mosis*: *Continet autem narratiuncula hæc argumentum à Necessario: quasi dicat; Mose mortuo, populus non potuit diutius carere Duce & Principe. vers. 2.*
    - Propositio *quâ instigat illi prouinciam gubernandi populũ. In specie autem propositio hæc est partim*
      - Παροξυντικὴ: *Surge & transi, &c. vers. 2. illustratur hæc propositionis pars circũstantiâ personæ, cui transeundum, & loci, quo proficiscendum sit. vers. 2. 3. 4.*
      - Παραθαρρυντικὴ: *Confortare & robustus esto. vers. 6. Amplificatur hæc pars propositionis ἀναφορικῶς. vers. 7. item vers. 9.*
    - Confirmatio *à*
      - Facili *Nemo consistet coram te: id est, Omnes tum subditi, tum hostes sese tibi subijcient. Additur amplificatio tantæ authoritatis à tempore: Omnibus diebus vitæ tuæ. vers. 5.*
      - Præsenti *suo auxilio, quod illustrat* ἀντιθέσει, *(Non te deseram. vers. 5.)* & συγκρίσει *(sicut cum Mose fui. vers. 5.) denique etiam ratione rerum, in quibus auxilium suum ipsi promittit. vers. 8.*
    - Νουθετικὴ, *quæ constat*
      - Præcepto, *vt totam gubernationem instituat ad normã Legis diuinæ. vers. 7.*
      - Καταμελετήσεως *&* Ῥᾳθυμίας
        - Ratio, *quomodo & quibus auxilijs hoc præstare possit: videlicet assiduâ Legis meditatione. vers. 9.*
        - Χρησιμότης, *seu vtilitas istius lectionis & meditationis. vers. 8.*
  - Iosuæ παρακλητικὴ *ad Israelitas*
    - Omnes: *Mandatum Iosuæ de parando commeatu ad transitum Iordanis. vers. 10. 11.*
    - Aliquos, *videlicet Rubenitas, Gaditas, & dimidiam Tribum Manasse. Hos modestè monet ad auxilium fratribus ferendum, reuocato in memoriam pacto, quod inter ipsos & Mosen factum erat. Cæterùm in hoc pacto continetur argumentum ab*
      - Honesto: *Quia vos portionem vestram tranquille tenuistis, æquũ est, vt fratres vestros adiuuetis, donec & ipsi occupent suas possessiones. vers. 13.*
      - Tuto: *Vxores interim & filij vestri domi tuto manebunt. vers. 14.*
      - Æquo: *Quia primi accepistis commoda, etiam primi estis in adeundis periculis. vers. 14. Accincti ante fratres, &c.*
      - Spe vrgens. *vers. 15.*
  - Principum *populi ad Iosuam*
    - Βεβαιωτικὴ *fidei & obedientiæ suæ, quam Iosuæ probant, & commendant à*
      - Materiâ: *Omnia quæ præcepisti, &c. vers. 16.*
      - Formâ: *Sicut Mosi, &c. vers. 17.*
      - Pœnâ *rebellionis constitutâ. ver. 18.*
    - Εὐκτικὴ: *Tantùm sit Dominus vobiscum, &c. vers. 17.*
    - Παραθαρρυντικὴ. *vers. 18.*

CAPVT II.

Missio Exploratorum.

DESCRIPTVRA Exploratores

- Missi: *A quo, Vnde, Quos, Ad quid, Quomodo, &c. vers. 1.*
- Adducti in periculum vitæ
  - Vbi: *In domo Meretricis Rahaba. vers. 1.*
  - Per quos ipsi hoc periculo sit creatum: nimirùm per
    - Subditos, *seu cives Ierichuntinos, aduentum Exploratorum Regi suo significantes. vers. 2.*
    - Magistratum *vrbis Exploratores illos*
      - Inquirentem. *vers. 3.*
      - Persequentem. *vers. 7.*
- Liberati à periculo isto. Narrantur autem
  - Quis *liberarit eos:* Hospita Rahab, *&c. vers. 4.*
  - Quomodo & quibus auxilijs:
    - Mendacio *officioso, quo inquisitores fefellit. vers. 4. 5.*
    - Occultatione *ingeniosâ, sub caulibus lini. vers. 16.*
- Informati de statu vrbis & regionis illius. Obserua autem istiũ informationem fuisse
  - Quando. *vers. 8.*
  - Vbi: *Abscondit in tectum, &c. vers. 8.*
  - A quo: *Mulier dixit. vers. 9.*
  - Cur: *Noui quòd Dominus tradiderit vobem. vers. 9.*
  - Super quibus: *Videlicet hostium consternatione, vers. 9. Irruit terror noster in nos, &c. vers. 11. Amplificat autem consternationem istam ex causis efficientibus eam: vt sunt*
    - Exempla *statuta in Ægypto, & in Regibus Sehon & Og. Versu* 10.
    - Idolorum *vanitas (in quibus nulla spes esse possit) quibus opponit suam confessionem veri Dei. vers.* 11.
- Pacti cum Rahaba. Notabis in hac stipulatione
  - Rem, *de qua paciscuntur: vt esset vita & incolumitas Rahabæ, omniumq; ipsi sanguine coniunctorum. vers.* 13.
  - Modum, *quo pactum ineunt, nempe iuramento*
    - Exactio. *vers.* 12.
    - Præstito. *vers.* 14.
- Dimissi. Narrantur hic
  - Ἀναχώρησις: *Ipsa dimissio. &c. vers.* 15. 22.
  - Ἀσύγχυσις
    - Rahabæ, *quæ Exploratores instruit de loco & modo euadendi. vers.* 16.
    - Exploratoribus. *Oratio eorũ est διαλυτική. v.* 17. *Nam pacti vtrę conditiones explicãtur. Teneri se iuramento, si*
      1. Funem *coccineum de fenestra suspendat. vers.* 18.
      2. Intra domum *se cum suis contineat. vers.* 19.
      3. Nihil *horum prodat. vers.* 20.
- Reuersi, quo
  - Itinere. *vers.* 22.
  - Nuncio. *vers.* 23. 24.

CAPVT

CAPVT III.

Transitus Iordanis.

- Locus: *Ad ripam Iordanis, vbi triduum consistebant, postquam à Setim castra mouerant. vers. 1.*
- Tempus: *Elapso triduo illo. vers. 2.*
- Efficiens:
  - Superior: *Dominus dixit ad Iosuam. vers. 7.*
  - Inferior:
    - Princeps (*Iosua*) passim in hoc capite notatur.
    - Famulans: *Duces & Præfecti. ver. 12.*
- Materia, *seu partes materiales, quæ mandantur partim*
  - Populo, *cui ius modi est*
    - Sequela, *vbi etiam exponitur*
      - Quid *illis sequendum sit: videlicet Arca à Sacerdotibus sublata. vers. 3. 11.*
      - Quomodo *sequendum: A longè. Notatur quantitas interstitij, seu spacij. ver. 4.*
      - Cur *hoc modo sequendum: Vt ignari viæ tuto vado transire possent. vers. 4.*
    - Sanctificatio *sui. vers. 5.*
    - Erectio *monumenti. vers. 12.*
  - Sacerdotibus, *quibus præcipitur, vt*
    - Præcedant *cum Arca populum. vers. 6.*
    - Consistant *in medio fluuio. vers. 8.*
- Finis. *ver. 5. Cras enim faciet Dñs mirabilia inter vos. Miraculosi huius transitus*
  - Finis, *quo ad*
    - Iosuam: *Authoritas ipsi conciliata. vers. 7. Hodie incipiam te magnificare, &c.*
    - Populum: *vt hinc confirmet*
      - Fiduciam *in Deo. vers. 10.*
      - Spem *superandi & debellandi hostes & incolas terræ promissæ. vers. 10.*
  - Forma *explicata à Iosua, antequam miraculum ederetur. vers. 13.*
- A' quibus:
  - Sacerdotibus
    - Præcedentibus *populum cum Arca. vers. 14.*
    - Consistentib⁹ *in medio fluuio. vers. 17.*
  - Israelitis *omnibus. vers. 17.*
- Quando: *Tempore Messis hordeaceæ, quæ incidit in April. mensem, quo anni tempore niues soluuntur in montibus, vnde torrentes & fluuij, quibus in Iordanē se exonerāt, augentur: ideoq; difficilior & periculosior fuit trāsitus. v. 15.*
- Quibus auxilijs: *Non ponibus aut nauigijs, sed sicco pede. Nam fluuius Iordanis in medio ruptus (vt inferior pars à Mari absorpta, superior collecta, tanquam mons, staret erecta) transitum Israelis præbuit. vers. 16.*
- Vbi, *quâ parte Iordanis. vers. 17.*

Transitvs istius

Hymnus: *Præparatio ad transitum.*

Tres eosdē modos

Missus, ipse transitus miraculosus susceptus,

CAPVT IV.

Monimenta miraculosi transitus constituta.

- Author *vers. 1.*
- Ministri, *qui & quot. vers. 2. 4. 8.*
- Materia *ex qua: Lapides duodecim, ex medio Iordanis fluuio sumendi. vers. 3. 5.*
- Locus, *in*
  - Galgalis. *vers. 3. 8. 20.*
  - Medio *Iordanis: vt monimento essent cis Iordanem habitantibus. vers. 9.*
- Finis, *quo ad*
  - Transitum *ipsum: μνημόσυνον posteritatis, &c. vers. 6. 7. 21. 22. 23.*
  - Incolas *terræ Canaan, atque adeò totius orbis. Agnitio diuinæ omnipotentiæ. vers. 24.*
  - Israelitas: *Timor Dei. vers. 24.*

Duo sunt huius capitis mēbra:

Principale, *vnum, quod est, monimētum in sempiternam transitus huius miraculosi memoriam positū. Monimentorum collocandorum*

Minus, *&c. Vide literam A.*

- A. Minùs principalia, reliqua. Cuiusmodi est
  - Transitus Sacerdotum cum Arca. Obserua huius transitus
    - Modũ & ordinẽ. Transierunt enim loco
      - Primo: Gadita, Rubenitæ, & dimidia Tribus Manassi. verſ. 12. 13.
      - Secundo: Populus vniuerſus, uiq; feſtinanter tranſit, partim metu periculi, partim deſiderio promiſſæ terræ. verſu 10.
      - Tertio: Sacerdotes cum Arca. verſ. 15. 16. 17. 18.
    - Tempus. verſ. 19.
    - Euentum: Authoritas Ioſuæ inde conciliata, apud populum. verſ. 14.
  - Euntes & Iordanis in priorem ſtatum. verſ. 18.
  - Caſtra Iſraelitarum in Gilgalis poſita. verſ. 19.

CAPVT V.

Tranſitum Iordanis, quæ mediatè conſecuta ſint.

- Terror incolis terræ Canaan, ex miraculoſo iſto traiectu, incuſſus. verſ. 1. Terrorem iſtum deſcribit per tres ipſius ab effectis.
- Inſtauratio Circũciſionis, ab Ioſue huius facti ſuæ
  - Tempus: Eo tempore (puta cùm in Gilgal caſtra haberent.) verſ. 2.
  - Perſona
    - Agens, ſeu circumcidens: Ioſua per Sacerdotes, quorum proprium erat officium circumcidere, &c. verſ. 2. 3.
    - Patiens, ſ. ue circumcidenda
      - Quæ & qualis: Soboles maſcula eorum Iſraelitarum, qui in Deſerto, propter crebras rebelliones mortui erant. verſ. 2. 3. 7.
      - Quot: Omnes (maſculi in Deſerto nati, &c.) verſ. 8.
  - Organum: Cultri lapidei, id eſt, cotes acuti. verſ. 2.
  - Locus: In calle præputiorum, &c. Nomen loci, ab euentu ſic dicti. verſ. 3.
  - Cauſa Circumciſionis
    - Intermiſſæ ante hæc, erat moleſtiſſima Iſraelitarum peregrinatio in locis aſperis & incultis Deſerti: In quibus dolorem circumciſionis ferre non potuiſſent: ideoque ad tempus cum populo diſpenſauit Dominus, donec finis adeſſet iſtius exilij. verſ. 4. 6.
    - Reſtauratæ nunc: Sanctificatio populi. Voluit enim Dominus ſacramento Circumciſionis Iſraelitas ſanctificare ab omni immunditie, quam ex Aegypti inhabitatione contraxiſſe videbantur. verſ. 9.

In numero 1 impediens inquirentem eſt.

- Celebratio Paſchatis. verſ. 10. 11.
- Ceſſatio Manna. verſ. 12.
- Θεοφάνεια. Huius apparitionis
  - Locus in campeſtri Iericuntis. verſ. 13.
  - Perſona, &c. Vide A.

- A. Persona,
  - Quæ apparuit, describitur ab
    - Habitu militari. *vers.* 13.
    - Conditione: *Sum Princeps exercitus Domini: hoc est, defensor & protector populi tui. Fuit autem Dei Filius in forma humana assumpta. vers.* 14.
    - Oratione ἀποστατικῇ, quâ συμβολικῶς Iosuæ præcipit abnegationem sui, & fiduciam erga se. *vers.* 15.
  - Cui apparuerit, Iosuæ, qui commendatur à
    - Fortitudine, *quod nullas insidias veritus armatum accedit. vers.* 13.
    - Diligentiâ, *qua explorat armatum illum, virum ex hostibus sit. vers.* 13.
    - Humilitate, *quam gestu & verbis ostendit. vers.* 14.
    - Obedientiâ. *vers.* 15.

CAPVT VI.

Expugnatio Ierichuntis.

- Expvgnationis
  - Antecedentia. Ἡγούμενα numero quinq; sunt:
    - Timor oppidanorum, qui colligitur ex arctâ custodiâ & firmâ vrbis munitione. *vers.* 1.
    - Θεοφάνεια, quâ Iosua de tam munita & populosa vrbe capienda solicitus, consolatur à Dño. Consolationis
      - Πρόσωπα: τὸ συνάδρομον: *Ne sis solicitus de vrbe istâ occupanda, &c.*
      - Καλούμενα à
        - Tuto seu certo oppugnationis euentu. *vers.* 2.
        - Facili, *seu modo expugnanda vrbis, qui prolixè narratur. vers.* 3. 4. 5.
    - Fides & diligentia Iosuæ in referendo Dei mandato ad
      - Sacerdotes. *vers.* 6.
      - Populum,
        - Quomodo *vrbs circumeunda sit. vers.* 7.
        - Quando *conclamandum, classicumque canendum, &c. vers.* 10. 16.
    - Obedientia *Sacerdotum & populi describitur in*
      - Genere. *vers.* 8. 9. *item* 11.
      - Specie, *diu circuitus*
        - Primo. *vers.* 12. 13.
        - Secundo & *sequentibus. vers.* 14.
    - Deuotio *Ierichuntis. Obserua autem quæ Anathematis denota*
      - Sint: *Omnia, quæ quidem vitam habent, siue homines sint, siue immenta. vers.* 17. 18.
      - Non *sint:*
        - Personæ: *Rahab, eiusq; cognatio. vers.* 17.
        - Res: *Metalla, & quæ ex iis confecta erant. vers.* 19.
  - Coniuncta: *Vrbs Ierichus expugnata,*
    - Quando, & *quæ circuitus die. vers.* 15.
    - Quibus *auxilijs, (sonitu tubarum, populique clamore.) vers.* 20.
  - Consequentia
    - Apotomus:
      - Internecio *omnium animatorum in vrbe. vers.* 21.
      - Conseruatio *Rahabæ cum tota familia. vers.* 22. 23. *item* 25.
      - Vrbis *Ierichuntis*
        - Destructio *per incendium. vers.* 24.
        - Restauratio *maledicta. vers.* 26. *Execrationis huius effectum. vide* 1. *Reg.* 16. *vers.* 34.
      - Fama & *celebritas nominis, Iosuæ comparata. vers.* 27.
    - *Expulsus sacrilegium Achan, Cap.* 7.

CAPVT VII.

Sacrilegium Achanis.

SACRILEGIVM

- Commiſſum describitur in
  - Genere: *Filij Iſraël prævaricati ſunt. Nam factum vnius, vel paucorum, adſcribitur toti cœtui, propter arctam coniunctionem, qua omnes in ſocietate ſunt, veluti vnum corpus* verſ. 1.
  - Specie: *Sacrilegij author, materia (Anathema, id eſt, res ſacra, Deoq; deſtinata) & effectus notantur.* verſ. 1.
- Detectum
  - Quâ occaſione. Ἀφορμὴ i.e. clades ad Hai accepta: Cladis huius
    - Ἠγγέλματα: Explorator
      - Miſſi, *à quo, vnde, quò, cur, &c.* verſ.
      - Reuerſi, *perſuadent Ioſuæ, vt tria dumtaxat millia Iſraelitarum ad expugnandam vrbem ableget.* verſ. 3.
    - Συμβαίνοντα
      - Iſraelitarum *fuga & clades ad vrbem Hai accepta.* verſ. 4.
      - Hoſtium *perſecutio.* verſ. 5.
    - Ἐκβαίνοντα: Trepidatio
      - Populi. verſ. 5.
      - Optimatum. verſ. 6.
        - Ioſuæ, q. animi dolorem teſtatur
          - Sciſſione *veſtimentorum more lugentium de malo accepto.* verſ. 6.
          - Aſperſione *pulueris.* verſ. 6.
          - Oratione ἐδυρτικὴ. *Cladem enim exaggerat*
            - Συγκριτικῶς *rei indignioris.* verſ. 7.
            - Μεγιστικῶς τῷ ὑπερβολικῷ
              - Sibiipſi. verſ. 8.
              - Populo. verſ. 9.
              - Gloriæ *Dei.* verſ. 9.
  - Quo *authore. Dñs ipſe detegit orationem*
    - Αἰτιατικῶς, *cauſam cladis transferens in peccatum populi.* verſ. 10. 11.
    - Ἀναλυτικῶς. verſ. 12.
    - Διδακτικῶς, quâ *proſcribit*
      - Modum *inquirendi ſacrilegum.* Verſus 13. 14.
      - Pœnam *ipſi infligendam.* verſ. 15.
  - Quomodo: *Inſtituitur proceſſus in rem ordinarius. Nã reus*
    - Inquiritur *per ſortem.* verſ. 16. 17. 18.
    - Examinatur. verſ. 19.
    - Confitetur. *Confeſſionis*
      - Forma
        - Generalis. verſ. 20.
        - Specialis: *In ſpecie enim commemorat, quomodo ſacrilegium commiſerit.* verſ. 24.
      - Adiunctum: *Veritas rei, ita deprehenſæ, vt reus faſſus erat.* verſ. 22. 23.
- Punitum. *Sumpſi ſupplicij*
  - Locus & complices pœnæ. verſ. 24.
  - Genus: *Lapidati priùs, poſtea cum omnibus facultatibus exuſti ſunt.* verſ. 25.
  - Effectus: *Populus Dei reconciliatur, ad perpetuam Dei memoriam, monimentum ponit ex lapidibus congeſtum.* verſ. 26.

CAPVT

CAPVT VIII.

Occupatio vrbis Hai.

- Αἴτιον κινητικὸν est oratio IEHOVAE ad Iosuam
  - Παραιτιώδης ex causis efficientibus & admonentibus. vers. 1.
  - Δηλωτικὴ exponens modum vrbis capiendæ, vastandæ & diripiendæ. vers. 2.
- Τρόπος στρατηγικὸς, per insidias dispositas
  - Quando, & à quo. vers. 3.
  - Vbi. vers. 4. 12.
  - Qui & quot in insidijs locati. vers. 12.
  - Quomodo, & quâ institutione. vers. 4. ad 9. vers. vsque.
- Πραγματικὸν: Nãr
  - Israelitæ monent castra ad vrbem Hai. vers. 10. 11. 13. Notas personas, quæ mouerint castra, quo tempore, item quo loco ea posuerint.
  - Oppidani ad vnum omnes erumpunt, & Israelitas fugam simulantes, persequuntur. vers. 14. vsque ad 18.
  - Insidiæ, signo dato admonitæ, irruunt in ciuitatem, eamque captam succendunt. vers. 18. 19.

CONTINET hoc cap. partim

Πολεμικὸν: Occupationem vrbis Hai. Occupationis

Exitus:

- Victoria reportata
  - Quomodo: Conclusis hostibus à fronte & à tergo. vers. 20. 21. 22.
  - De quibus: viduales
    - Rege capto. vers. 23.
    - Militibus ad internecionem cæsis. vers. 24.
    - Ciuibus virisque sexus interfectis. vers. 25.
  - Quo medio & organo: Lanceâ Iosuæ contra vrbem extensâ. Hoc enim medio (vi & virgâ Mosis) placuit Deo operari, quæ ad salutem sui populi faciebant. vers. 18. 26.
- Vrbs vastata. vers. 28.
- Rex impatibulum actus. vers. 29.

Ἀναγωγικὸν. Iosua. n. partâ victoriâ

- Altare extruit, &
  - Vbi & cui, &c. vers. 30.
  - Quomodo: Ex præscripto Legis. vers. 31.
  - Cur: Ad sacrificandum. vers. 31.
- Decalogum lapidibus insculpsit. vers. 32.
- Ritum benedicendi & maledicendi, à Mose institutum, obseruat. Actionis huius ceremonialis
  - Efficiens: Personæ benedictiones & maledictiones
    - Confirmantes acclamatione vocabuli Amen. vers. 33.
    - Pronunciantes. vers. 34.
  - Materia: Omnia Legis διδακτικὰ & ἀναγωγικὰ. Vide

CAPVT IX.

Fœdus cum Gabaonitis initum per imprudentiam.



CAPVT

CAPVT X.

Victoria de quinque Amorrhæorum Regibus.



CAPVT XI.

Pugnæ Iosuæ cum Cananæorum reliquiis.



CAPVT XII.

Catalogus expeditionum Israeliticarum sub Mose & Iosua.



CAPVT

CAPVT XIII.

Mandatum Dei de diuidenda terra.



CAPVT XIIII.

Distributionis efficiens, forma & materia.



CAPVT XV.

Prouincia Tribus Iudæ.



CAPVT XVI.

Prouincia Tribus Ephraim.



CAPVT XVII.

Portio Manassis.



A. Διηγουμενος.

- Διχοτομοσιμός, cuius duæ sunt partes: Distributionis factæ
  - Accusatio: *Filij enim Ioſephi, Ephraim & Manaſſes de finium angustia querentes, deſiderant in Ioſua proportionem Arithmeticam: verſ.14.*
  - Defensio à Ioſua ſuſcepta. *Defendit enim factum ſuum à proportione Geometrica: Bellicoſis angustis terminis ſuos aſſignandi, vt ſunt qui de expellendis hoſtium reliquijs, & dilatandis terræ promiſſæ terminis cogitant. Eſt igitur defenſio abſoluta ex iuſto, æquo & bono. Simul autem oſtendit eis rationem dilatandi terminos ſuos. verſ.15.*
- Στεγανωτὸς ἢ ἀνεφτως, an duæ illæ Tribus fines ſibi aſſignatos poſſint dilatare.
  - Affirmans Ephraim & Manaſſis. *verſ.16.*
  - Negans Ioſuæ. *verſ.17.18.*

CAPVT XVIII.

Hæreditas Beniamis.

- Duo in hoc capite proponuntur:
  - Comitia Iſraelitarum prima. Περιεχόμενα Comitiorum ſunt quatuor:
    - Acta horum Comitiorum:
      - Perſonæ celebrantes Comitia: *Omnes filij Iſrael, &c. Verſ.1.*
      - Locus: *In Silo, &c. Verſ.1.*
      - Tempus: *Partâ pace; Et fuit eis (inquit) terra ſubiecta. verſ.1.*
      - Translatio *Tabernaculi è Gilgale (vbi Iſraelitarum ſtatiua erant) in Silonitem. verſ.1.*
      - Deliberatio *de reſidua terra ſeptem Tribubus diſtribuenda. Oratio Ioſuæ in iſtis Comitijs habita. Eius*
        - Occaſio, ἀφορμή. *verſ.2.*
        - Forma *eſt* παροξυσμὸς:
          - Propoſitio *interrogatione figurata. verſ.3.*
          - Confirmatio *ab*
            - Turpi & ignauo otio. *verſ.3.*
            - Tuto, *id eſt, promiſſionum diuinarum veritate. verſ.3.*
            - Facili, *ſeu modo diuidendi terram. verſ.4.5.6.*
          - Confutatio *tacitæ obiectionis: Sed quid de cæteris Tribubus fiet? Reſponſio: Acceperunt illæ partem ſuam. verſ.7.*
        - Effectus. *verſ.8.9.10. Terra à Geodætis deſcripta per ſortem à Ioſua diſtribuitur.*
  - Prouincia, *ſeu regio Tribus Beniamin. Prouinciæ huius*
    - Forma, *ſiue fines & termini, à verſ.11. vſque ad verſ.21.*
    - Materia, *id eſt, loca & locata: vt ſunt oppida, pagi, agri, vineta, &c. verſ.21. vſque ad finem capitis.*

CAPVT XIX.

Regiones, ſiue poſſeſſiones ſex Tribuum Iſraeliticarum.

- Hæreditas & poſſeſſio
  - Tribus
    - Simeon *verſ.1. vſque ad 10. Obſerua autem, cùm in hac, tum in reliquis Tribum Prouincijs, & formam (fines & terminos) & materiam (loca & locata.)*
    - Zabulon *verſ.10. vſque ad 17.*
    - Iſſachar. *verſ.17. vſque ad 24.*
    - Aſer *verſ.24. ad 32.*
    - Nephthali. *verſ.32. ad 40. vſque.*
    - Dan. *verſ.40 vſque ad 49.*
  - Familiæ Ioſuæ. *Munificentia Iſraelitarum erga Ducem ſuum. Commendatur illa ex quatuor circumſtantijs: nimirum ex:*
    - Modo: *Abſque ſorte. Integrum enim erat ei, commodum locum ſibi eligere. verſ.49. & verſ.50. dicitur, quod conceſſerint ei ciuitatem, quam petierit.*
    - Loco: *In mediterraneo terræ Canaan. verſ.49.*
    - Causâ *mouente: Iuxta præceptum Domini. verſ.50.*
    - Re ipſa, *ſeu ipſo munere, quod eſt verbi, quæ à nomine, ſiue & cultura, ſeu reſtaurationis deſcribitur. verſ.50.*

CAPVT XX.

Ciuitates receptus designatæ.

Finis: *Qui in quo per imprudentiam, non destinato consilio, homicidium commisisset, à violentia vindicis seruetur. vers. 2. 3. 9.*

REFVGII

Forma, *quæ est horum Asyloru Priuilegium. Docet autem*

- *Qui huius priuilegij sint capaces: Ii nimirum, quos illius vrbis Magistratus, ex primi facti narratione, iudicarit, fortuitò & casu cædem fecisse. vers. 4.*
- *Quid sit illud Priuilegium, & in quibus consistat. Sunt autem partes duæ:*
  - *Securitas à violentia Vindicis. vers. 5.*
  - *Saluus conductus ad Iudicium & à Iudicio: si modò fortuitam cædem fuisse deprehenderint Iudices. vers. 6.*
- *Quandiu Homicida, causâ cognitâ, hoc Priuilegio frui possit. vers. 6.*

Materia: *Loca, seu vrbes Iordanem*

- Citrà: —
  - Cedes, *in prouincia Nephthali.*
  - Sichem, *in montanis Ephraim*
  - Hebron, *in Tribu Iuda.*

  vers. 7.
- Vltrà, *in Tribu* —
  - Ruben: *Bosor.*
  - Gad: *Ramoth.*
  - Manasse: *Gaulon.*

  vers. 8.

CAPVT XXI.

Ciuitates Sacerdotum & Leuitarum.

- *Cur attributæ sint ipsis certæ sedes: Allegant in sua petitione Dei mandatum, &c. vers. 1. 2.*
- *Qui eas sedes dederint: Israelitæ, &c. vers. 3.*
- *Vnde: De possessionibus suis. vers. 3.*
- *Quid: Vrbes, cum suburbanis. vers. 3. 8.*
- *Quomodo: Per sortitionem. vers. 4.*

SEDES Leuitarum recensentur

Vniuersim. *Notantur hic præcipuæ circumstantiæ*

Quæ vrbes, quot, & vbi designatæ sint

- Caathitis —
  - Superioribus *in Tribu Iuda, Simeon, Beniamin. vers. 4.*
  - Inferioribus, *in Tribu Ephraim, Dan, Manassis, &c. vers. 5.*
- Gersonitis. *vers. 6.*
- Meraritis. *vers. 7.*

Singillatim. *In specie enim & nominatim recensentur ciuitates assignatæ familijs*

- Caathitarum *officio & dignitate*
  - Superiorum, *qui ad stirpem Aaronis pertinebant. vers. 9. vsque ad 20.*
  - Inferiorum. *vers. 20. ad 27.*
- Gersonitarum, *à vers. 27. vsque ad 34.*
- Meranitarum. *vers. 34. vsque ad vers. 43. Quæ enim post 43. vers. hunc capiti appenduntur, sunt potius initium capitis sequentis.*

CAPVT

CAPVT XXII.

Dimissio Transiordaninorum.



CAPVT XXIII.

Comitia in Sichem celebrata.

- Προσωπον dicentis, à persona
  - Iosue, quem ante similis commendat, eique auctoritatem in dicendo conciliat. vers. 1. 2.
  - IEHOVAE, quem promissionis de Cananæis delendis & Israelitis in eorum regionem traducendis fidem fecisse ostendit. vers. 3. 4. 5.
- Πρᾶγμα, quid Israelitas officij admonuerit. In specie autem ostendit, quid illis sit
  - Faciendum: Lex religiosè & solicitè obseruanda. v. 6. 8. 11. vbi hæc propositionis pars repetitur.
  - Fugiendum: Commercium cum idololatris, eorumque superstitiones. vers. 7.

ACTA horũ Comitiorum exprimuntur oratione συμβουλευτικῇ, à Iosua habitâ. Orationis huius

- Vtili, hoc est, Victoria contra reliquos hostes diuinitus concedenda. Id quod confirmat argumentum ab antecedentibus: Vt expulit Dominus à facie vestra gentes magnas & robustas: Ita porrò etiam facturus est, si vos in officio permanseritis. vers. 9. 10.
- Καταστροφὴ ab
  - Periculoso. Periculum commercij cum idololatris proponit enumeratione: Erunt hostes illi vobis in
    - Laqueum & retia: Sicut auceps auiculas, vt venator feras laqueo & reti capit: ita per eorum amicam conuersationem & connubia capient vos, vt implicemini ipsorum idololatriæ & impietatibus. vers. 12. 13.
    - Flagellum in lateribus, & spinæ in oculis vestris, id est, erunt quasi flagella Dei, quibus Deus vos cruciet: & tanquam spinæ in oculis, vobis intolerabiles fient. vers. 13.
  - Παραλειψις: Donec vos auferat, &c. vers. 13.

Ἐξεργασία, siue expolitio vtriusque argumenti, ab vtili, seu promissionibus, & periculoso, siue comminationibus. Asseritur autem firmitatem promissorum & minarum: Deum tam esse verace in implendis minis, quàm præstandis promissis. vers. 14. 15. 16.

CAPVT XXIV.

Obitus Iosuæ.

- Exordium attentionis à Dei mandato. vers. 2.
- Propositio. vers. 14. Hortatur ad perseuerantiam in cultu diuino.
- Confirmatio petita ab
  - Honesto, id est, gratitudine præstanda pro beneficijs Dei præteritis. Cuiusmodi sunt
    - Segregatio, seu euocatio Abrahæ ex populo idololatrico. vers. 2. 3.
    - Πολυτεκνία. vers. 4.
    - Liberatio ex Ægypto. vers. 5. 6.
    - Deletio Ægyptiorum. vers. 7.
    - Sustentatio in Deserto. vers. 7.
    - Victoria de Amorrhæis. vers. 8.
    - Maledictio mutata in benedictionem vers. 9. 10.
    - Tertiæ promissæ occupatio. v. 11. 12. 13.
  - Exemplo
    - Patrum, quibus idololatria malè cessit. vers. 14. 15.
    - Suo, suæque familiæ. vers. 15.
  - Impossibili, seu à pugnantibus: Non potestis Dijs gentium & IEHOVAE simul seruire. vers. 19.
  - Periculoso: Idololatriam non feretis impunitam. v. 20.
- Promissio fidei & perseuerantiæ in cultu Dei. vers. 16. 17. 18. 21. 24.
- Capita fœderis ex Deuteronomio prælecta. vers. 25.
- Signum & symbolum, seu monumentum
  - Literarum. v. 26. quibus acta hæc mandauit.
  - Lapidis, erecti in perpetuam memoriam. vers. 26. 27.

OBSERVANDA hic veniunt ea, quæ mortem Iosuæ

- Præcellerunt. In numero ἀναφορικῶν præcipuũ est: Fœdus populi Israelitici cũ Deo renouatum in Comitijs Sichemiticis. vers. 1. Renouationis huius membra sunt quatuor:
  - Stipulatio fidei, quæ fit oratione Iosuæ suasoria
  - Confirmatio petita ab
    - Honesto, id est, gratitudine præstanda pro beneficijs Dei præteritis. Cuiusmodi sunt
      - Segregatio, seu euocatio Abrahæ ex populo idololatrico. vers. 2. 3.
      - Πολυτεκνία. vers. 4.
      - Liberatio ex Ægypto. vers. 5. 6.
      - Deletio Ægyptiorum. vers. 7.
      - Sustentatio in Deserto. vers. 7.
      - Victoria de Amorrhæis. vers. 8.
      - Maledictio mutata in benedictionem vers. 9. 10.
      - Tertiæ promissæ occupatio. v. 11. 12. 13.
    - Exemplo
      - Patrum, quibus idololatria malè cessit. vers. 14. 15.
      - Suo, suæque familiæ. vers. 15.
    - Impossibili, seu à pugnantibus: Non potestis Dijs gentium & IEHOVAE simul seruire. vers. 19.
    - Periculoso: Idololatriam non feretis impunitam. v. 20.
  - Promissio fidei & perseuerantiæ in cultu Dei. vers. 16. 17. 18. 21. 24.
  - Capita fœderis ex Deuteronomio prælecta. vers. 25.
  - Signum & symbolum, seu monumentum
    - Literarum. v. 26. quibus acta hæc mandauit.
    - Lapidis, erecti in perpetuam memoriam. vers. 26. 27.
- Coniuncta cum ea. vers. 29.
- Consecuta sunt: nimirũ
  - Sepultura
    - Iosuæ. vers. 30.
    - Iosephi ossium. vers. 32.
    - Eleazari Pontificis. vers. 33.
  - Status religionis post obitum Iosuæ. vers. 31.

CAPVT

LIBER IVDICVM,
SEV
VINDICVM LIBERTATIS ISRAELITICAE
ἀναλυτικῶς expositus.

Describit statum Reipublicæ Israeliticæ, inde à temporibus Iosuæ vsque ad Eli Sacerdotem, corruptum, atque calamitosum.

- CALAMITATVM atq; oppressionũ
  - Causæ: *Israelitarum peccata considerata*
    - Vniuersim: *Omnium Tribuum*
      - Negligentia & ignauia in expellendis hostibus Cananæis. *Cap.1.*
      - Iniustitia erga Deum, eiusque cultum. *Cap.2.*
    - Singulatim: *id est, singularia duo exempla corruptissimæ Reipublicæ in*
      - Religione: *Idololatria*
        - Vnius familiæ, nimirum Michæ. *Capite 17.*
        - Totius Tribus Daniticæ. *Cap.18.*
      - Moribus: *Libido*
        - Perpetrata *In vna vrbe Gabaa. Cap.19.*
        - Punita *in tota tribu Beniaminis. Belli huius narrantur*
          - Ἡγούμενοι μέτα: *Comitia populi, & dubius belli eventus. Cap.20.*
          - Ἐπόμενοι: *Restauratio Tribus Beniaminis. Cap.21.*
  - Species *ab efficientibus sumptæ. Fuit enim populus oppressus à*
    - Syris *(Iudice Othoniele.)* Moabitis *(vindice Ehude.)* & Philistæis *(vltore Samgare.) Cap.3.*
    - Cananæis *(Rege Iabin)* Iudice Deborâ, & vindice Baraco. *Horum*
      - Πόλεμος: *Debellatio Regis Iabin. Cap.4.*
      - Ἆσμα: *Epinicion canticum. Cap.5.*
    - Midianitis, *Gedeone iugum seruitutis repellente. Gedeonis*
      - Vocatio *ad expeditionem contra Midianitas suscipiendam. Cap.1.*
      - Acta
        - Πολεμικὰ: *Pugna cum Midianitis commissa. Cap.7.*
        - Πολιτικὰ: *Mores, fortuna & obitus. Cap.8.*
      - Successor *Abimelech, spurius filius. Cap.9.*
    - Ammonitis, *vindice Iephthe. Oppressionis huius*
      - Causæ & effectus: *Israelitarum apostasia & panitentia. Cap.10.*
      - Remedium, *seu repagulum: videl. bellum à Iephthe suscepti cõtra*
        - Ammonitas. *Cap.11.*
        - Ephraimitas, *vbi etiam vita & Iudicium describitur. Cap.12.*
    - Philisthæis, *vltore Samsone. Demõstratur huius*
      - Γενέθλια. *Cap.13.*
      - Coniugium. *Cap.14.*
      - Res contra Philistheos gestæ. *Cap.15.*
      - Mores, *fortuna & obitus. Cap.16.*

CAPVT I.

Negligentia & ignauia Israelitarum in expellendis hostibus.



CAPVT

CAPVT II.

Iniuſtitia populi in ſeruando fœdere,&c.



CAPVT III.

Tria oppreſſionis tempora cum triplici liberatione.



CAPVT

CAPVT IIII.

Debellatio Regis Iabin.

- In hoc capite (vt & aliis huius libri compluribus) facta & fortuna Israelitarum proponuntur alternis narrationibus. Commemorantur enim
  - Primò *Israelitarum defectio à Deo noua & iterata. vers.1.*
  - Deinde *Dei castigatio seuera, quâ in populii pœnâ seruitutis animaduertit. Seruitutis, vel potiùs oppressionis*
    - Efficiens: IEHOVA *tradidit illos in manus, &c. vers.2.*
    - Materia. *i. persona cui seruierint, demonstratur à*
      - Nomine: *Iabin. vers.2.*
      - Conditione: *Rex Canaan. vers.2.*
      - Sede *regiâ. vers.2. Regnauit in Asor.*
      - Potentiâ, *pro qua* μετωνυμικῶς *ipsa potentiæ instrumenta ponuntur. Ea sunt:*
        - Dux *exercitus, cuius nomen & sedes notatur. vers.2.*
        - Currus *falcati, id est, ærei, vel ferrei. vers.3.*
    - Diuturnitate *& grauitate. vers.3.*
  - Postea *resipiscentia Israelitarum. vers.3.*
  - Tandem *liberatio diuina per*
    - Deboram, *quæ commendatur à*
      - Sexu. *vers.4.*
      - Conditione, *seu officio*
        - Ecclesiastico: *Erat Prophetissa. vers.4.*
        - Politico: *Iudicabat populum, id est, consulentibus de iure, ex reuelatione diuina respondebat. vers.4.5.*
      - Coniugio. *vers.4.*
      - Patriâ. *vers.5.*
      - Autoritate *in constituendo Duce belli contra Iabin gerẽdi. Obserua*
        - Quem *vocet: Dux belli describitur à nomine (Barac) parente & familia, seu Tribu. vers.6.*
        - Quomodo *illum vocet. Oratio est partim*
          - Προστακτικὴ, *quâ illi officium Ducis ex Dei mandato iniungit. vers.6.*
          - Παραθαρρυντικὴ *ab euentu belli. vers.7.*
          - Προφητικὴ *de facto Iahelis. vers.8.9.*
    - Barac: *Belli ab ipso gesti.*
      - Παρασκευὴ: *Collectio exercitus*
        - Israelitici. *vers.10.*
        - Hostilis. *vers.12.13.*
      - Πρόσβολη: *Ipse conflictus ad torrentem Cison. vers.14.*
      - Ἔκβασις:
        - Victoria *penes Israelitas. vers.15.*
        - Fuga *Hostium. vers 15.*
        - Internecio *exercitus hostilis. vers.16.*
    - Iahelem. *Hæc describitur à*
      - Coniugio *cum Hebræo. vers.11.17.*
      - Fortuna: *Amicitiâ cum Rege Iabin. vers.17.*
      - Facto *heroico, quo interfecit Sisaram Ducem bell. Facti huius*
        - Modus. *Iahel simulat erga Sisaram*
          - Hospitalitatem. *vers.18.*
          - Liberalitatem. *vers.19.*
          - Fidelitatem. *vers.20.*
        - Organum: *Clauus Tabernaculi. vers.21.*
        - Testes *oculati. vers.22.*
        - Euentus: *Potentia*
          - Regis *Iabin fracta. vers.23.*
          - Israelitarum *aucta. vers. 24.*

CAPVT V.

Carmen Epinicium à Debora & Baraco decantatum.

- Προοίμιον, quo Israelitas ad laudationem: exteros verò ad attentionem hortatur. vers. 2. 3.
- Τὰ τῦ ὑπνικοῦ, Διήγησις αὐξητικὴ, amplificans victoriam ab
  - Instrumentis, sive Ministris. Occurrit hoc loco ἀναφορὰ
    - Autore. Cõmendat autem Dei beneficentiam
      - Præteritam, seu anteactam in debellandis Cananæis. vers. 4. 5.
      - Præsentem: quam extollit contentione
        - Status Israelitarum, proximè ante partam victoriam afflicti atque calamitosi. Summa autem eò redit: A morte Ehudis vsque ad hunc conflictum adeò premebatur hic populus, vt commercia cessarent, neque tuta esset vllius pagi habitatio. vers. 6. 7.
        - Victoriæ à Deo contra Sisaram concessæ. vers. 8. 13.
    - Effectis & commodis ex victoria hac redundantibus in
      - Principes. vers. 9.
      - Primates populi, &c. vers. 10.
      - Subditos: Qui ambulatis in via, &c. vers 10.
      - Pueros & puellas, quæ antea ad hauriendam aquam vitæ discrimen subibant à sagittis hostium. vers. 11.
      - Paganos, quibus nunc ruri tutò habitare liceat. vers. 11.
      - Iudices, quòd in portis tutò iam convenire possint. vers. 11.
      - Deboram. vers. 12.
      - Baracum. vers. 12.
    - Ἐπικουρικὴ auxiliatorii, qui partim sunt
      - Viri
        - Principes. vers. 14. 15.
        - Plebei. vers. 18.
      - Fœminæ: Factum Iahelis heroicum. vers. 24. 25. 26. 27. ἐπιμελῶς describitur: vii capite præcedente ἐπιμελῶς idem illud factum narratur.
    - Ψευδικὴ desertorum. Nam crimen perfidiæ obycis
      - Tribui
        - Rubenis. vers. 15. 16.
        - Gadis.
        - Danis.
        - Aseri.

        } vers. 17.
      - Ciuitati Meroz. vers. 23.
  - Forma pugnæ commissæ, quæ exprimitur
    - Προσωποποιΐα hostium à
      - Potentiâ. Vocat Reges. vers. 19.
      - Ἀφαιρεσῖ & spe optimæ prædæ. vers. 19.
    - Ἀναγωγὴ, Vbi pugnatum. vers. 19.
    - Ὑποτυπώσις
      - Auxilij Israelitis missi à
        - Cœlo. vers. 20.
        - Fluuio Cisonis. vers. 21.
      - Fugæ hostium. vers. 22.
  - Euentu, seu consequenti hostium confusione & ignominiâ: Vbi per hypotyposin mulierum hostilium iactationes cum sarcasmo traducit. vers. 28. 29. 30.
- Συμπεραστικὸν, quo hostium reliquũ exitium: Israelitis verò roboris incrementum (comparatione Solis ab ortu ad meridiem procedentis) precatur. vers. 31.

CAPVT

CAPVT VI.

Gedeonis vocatio ad expeditionem contra Madianitas ſuſcipiendam.



- A. Zelo, in
  - Extirpãda idololatria. Reformationis, siue correctionis
    - Author, cuius iussu & impulsu eam susceperit, Deus est, qui Gedeoni oratione locutus præscribit, quid
      - Destruendum. verſ. 25.
      - Extruendum. verſ. 26.
    - Administri: Assumptis decem viris de suis seruis, &c. verſ. 27.
    - Modus: Ad præscriptum Domini. verſ. 27.
    - Tempus: Noctu, ne à ciuibus idololatris impediretur. verſ. 27.
    - Euentus: Tumultus
      - Excitatus à ciuibus, qui Gedeonem sacrilegy accusant, & ad pœnam postulant. verſ. 28 29.30.
      - Sedatus à Ioa, Gedeonis patre. Defendit factum filij tribus argumentis. Primò, ab audacia eorum, qui præter vocationem Baalis vindices esse volebant. Secundò, à metu supplicij diuini, quem illis injcit. Tertiò, ab officio ipsius Baalis per concessionem ironicam: Si, inquit, Deus est, &c. verſ. 23.32.
  - Suscipiendæ expeditionis. Notatur causa
    - Occasionalis: Impressio hostium. verſ. 33.
    - Efficiens: Spiritus Domini induxit Gedeonem voluntate & facultate, ad expeditionem hanc pertinente. verſ. 34.
    - Instrumentalis: Miles collectus ex
      - Familia Gedeonis. verſ. 34.
      - Tribu Manassis, Aseri, Zabulonis, Nephthali verſ. 35.
    - Mouens, seu Gedeonem confirmans duplici voris signo. 36. vsq; ad fin. cap.

CAPVT VII.

Pugna Gedeonis cum Midianitis commissa.

- PVGNA huius
  - Παρασκευὴ. Est illa nihil aliud, quàm
    - Militis lustratio
      - Prima
        - Vbi habita: In castris ad fontem Harad, quibus castra Midianitica opposita erant. verſ. 1.
        - A quo mandata: Dixit Dominus, &c. verſ. 2.
        - Cur: Ne populus sibi adscribat victoriam. verſ. 2.
        - Quo ministro: Loquere ad populum. verſ. 3.
        - Qui fuit dimissi. verſ. 3.
      - Secunda,
        - Quis: Dixit Dominus ad Gedeonem. verſ. 4.
        - Quomodo lustrati sint: Nempe aquatione. verſ 4.
        - Qui fuit reiecti: Lambentes, canum more verſ. 5.
        - Quot: Omnes, exceptis trecentis, qui non ad instar canum hauserant aquam. verſ 6.7.8.
        - Quibus auxilijs instructi: Commeatus pro delectis militibus. verſ. 8.
    - Ducis confirmatio. Animatur autem
      - Dei iussu. verſ. 9.
      - Armigeri adiunctione verſ. 10.
      - Hostis somnio. verſu 11. Somnij
        - Recitatio. verſ 13.
        - Interpretatio de victoria Gedeonis. verſ. 14.
  - Τὸ μέσον: Ipse conflictus:
    - Χρόνος: Noctu, id quod passim & ἀναγκαῖον in hac narratione innuitur, potissimùm autem. verſ. 15.
    - Τρόπος: Modus confligendi est mirabile stratagema. Nam exercitum suum Gedeon
      - Diuidit in tres partes. verſ. 16.
      - Instruit
        - Armis: Singulis enim singulæ dantur tubæ, hydriæ & lampades. verſ. 16.
        - Verbis, quibus præscribit
          - Vsum armorum istorum, ex suo exemplo petendum. verſ. 17.
          - Clangorem buccinarum. verſ. 18.
          - Clamorem militarem. verſ. 18.
    - Πεῖρα, cui Gedeon cum suis trecentis militibus initium facit. verſ. 19 20.21.
  - Τὸ ἀποτέλεσμα
    - Tumultus in castris hostium. 21.
    - Cædes mutua in exercitu hostili. verſ. 22.
    - Fuga Midianitarum, castrorumq; desertio. verſ 22.
    - Persecutio hostium fugientium
      - Quibus auxilijs facta: Conuocati sunt milites ex Nephthali, Aser, Manasse, & montanis Ephraim. verſ. 23.24.
      - Quomodo Occupando vada Iordanis. verſ 24.
      - Quo fructu: Capti & interfecti sunt duo Capitanei. verſ. 25.

CAPVT

CAPVT VIII.

Gedeonis mores, fortuna, obitus.



CAPVT IX.

Abimelechi hiſtoria.



A. Morte

- A. Morte. Interitus
  - Χρόν. : *Periit in oppugnatione vrbis Thebes. verſ. 50.*
  - Τόπ. *verſ. 51. 52. Propè turrim, &c.*
  - Αἴτιον ποιητικὸν καὶ ὀργανικὸν :
    - Iactus *mulieris. verſ. 53.*
    - Confoſſio *per Armigerum. verſ. 54.*
  - Exitus duo :
    - Diſſipatio *regij exercitus. verſ. 55.*
    - Impletio *vaticinij à Ioathane denunciatis*
      - Abimelecho. *verſ. 56.*
      - Sichemitis. *verſ. 57.*

CAPVT X.

Apoſtaſia & reſipiſcentia populi Iſraelitici.

ISRAELITAE enim ſub Thola & Iaire, pace vſi, poſteà verò in idololatriam relapſi, opprimuntur ab Ammonitis. Conſideranda ergo venit Iſraelitarum

- Libertas, *ſub Iudice*
  - Thola. *Deſcribitur hic à*
    - Parente. — Maioribus. Tribu. Sede. — *Verſ. 1.*
    - Officio *gubernationis, quando ſuſceperit, (verſ. 1.) & quandiu geſſerit. verſ. 2.*
    - Morte. — Sepultura. *Verſ. 2.*
  - Iaire: *Huius perſona demonſtratur à*
    - Patria. *verſ. 3.*
    - Dignitate *iudicandi, id eſt, gubernandi populum. verſ. 3.*
    - Potentia & πολυτεκνία. *verſ. 4.*
    - Morte. — Sepultura. *Verſ. 5.*
- Seruitus, *ſub Ammonitis. Seruitutis*
  - Cauſa —
    - Mouens, *ſiue αἰτιαρχικὴ, eſt idololatria Iſraelitarum, quam Spiritus S. exaggerat*
      - Comparatione *temporis prioris. verſ. 6.*
      - Enumeratione *Deorum, quos coluerint. verſ. 6.*
      - Incremento: *Non tantùm coluerunt Deos iſtos, ſed etiam Dominum reliquerunt. verſu 6.*
    - Efficiens: *Dominus tradidit, &c. verſ 7.*
    - Materia: *Cui traditi, quibus hoſtibus dediti ſint, &c. verſ. 7.*
  - Adiunctũ. *Grauitas huius ſeruitutis colligitur ex*
    - Tempore: *quandiu ab Ammonitis oppreſſi fuerint. verſ 8.*
    - Perſonis, *quas vexârint. verſ. 8. 9.*
    - Loco, *quàm longè lateq; graſſati ſint. verſ. 9.*
  - Effectus: *Pœnitentia Iſraelitarum. ver. 10. Pœnitentiæ huius*
    - Auxilia & *ſubſidia ad intendendam vim pœnitentiæ: cuiuſmodi eſt, Exprobatio ἀρνητικὴ & σωκρατικὴ, qua Deus exprobat populo ſuo ſtultitiam & impietatem, quòd tales Deos hactenus coluerint, quibus periculis ſeruare nequeant. verſ. 11. 12. 13. 14.*
    - Signa & *notæ:*
      - Confeſſio *peccati. verſ. 10. 15.*
      - Deprecatio *pœnæ. verſ. 15.*
      - Emendatio *vitæ & morum, quâ omni idololatriæ renunciârunt. verſ. 16.*
    - Effectus: *Gratia à Deo impetrata. verſ. 16. Doluit Domino Deo ſuper miſerijs eorum.*

CAPVT XI.

Expeditio Iephthæ contra Ammonitas ſuſcepta.



A. Belli

- Belli Ammonitici. Belli huius
  - Ὑπόθεσις duo: Iephthæ
    - Expeditio, *quo authore susceptæ. vers.* 29.
    - Votum: *Voti conceptio. vers.* 30.
  - Μίσος, seu πεφιχάρωσις:
    - Fudit *hostes. vers.* 32. & 33.
    - Recepit *oppida amissa. vers.* 33.
    - Fregit *hostium vires ibid.*
  - Ἐπόθεσις: *Voti, suprà, concepti,*
    - Denunciatio, *facta*
      - A' quo, *cui, vbi: quando & quomodo. vers.* 34. 35.
      - Quo *euentu: Consensus filiæ spontaneus, non in immolationem sui, sed perpetuum cælibatum. vers.* 36.
    - Solutio. *vers.* 39. *Occurrit hoc loco deploratio virginitatis*
      - Petita. *vers.* 37.
      - Concessa. *vers.* 38.
      - Suscepta *atque peracta. vers.* 38.
      - Iterata & *frequentata quotannis, publicâ consuetudine. vers.* 40.

CAPVT XII.

Bellum Iephthæ contra Ephraimitas gestum.

- DESCRIBITVR Iephtha à reliquis personarum locis: nimirum à
  - Rebus *gestis in bello Ephraimitico. belli huius*
    - Causa *explicatur*
      - Accusatione *Ephraimitarũ expostulantium cum Iephtha de iniuria sibi illata, quòd ipsos per contemptum in communi bello neglexerit. Est autem ista κατηγορία, quasi indictio belli. vers.* 1.
      - Defensione *Iephthæ, qui omnem culpam in Ephraimitarum ignauiam transfert. vers.* 2. 3. *Est hoc loco* ἀντίκλημα.
    - Apparatus: *vers.* 4. *Quibus auxilijs bellum aggressus sit Iephtha.*
    - Euentus: *Cædes hostium. vers.* 4. *Exaggeratur clades ista à circumstantiâ*
      - Causæ: *Præter minas (de quibus suprà vers.* 1.) *etiam contumeliosis verbis prouocati erant Galaaditæ. Versu* 4.
      - Personarum: *Trucidârunt non tantùm præliantes, sed etiam fugientes, linguæ vitio, ad vada Iordanis detectos. vers.* 5. 6.
      - Numeri, *seu quantitatis: Quos ex hostibus interierint, &c. vers.* 6.
  - Obitu: *Notatur mortis*
    - Tempus. *vers.* 7.
    - Ἐπόθεσις: *Sepultura. Ibid.*
  - Successoribus (*tribus Iudicibus populi*) *qui nominatim recensentur*
    - Abesan *Bethlehemites: Commendatur potissimùm à* πολυτεκνία. *vers.* 8. 9. 10.
    - Elon *Zabulonites. Obseruandum in hoc Iudice (vt & superiore) tempus mortis, quo Principatus sui anno obierit. vers.* 11. 12.
    - Abdon: *Describitur hic Iudex à*
      - Parentibus. *vers.* 13.
      - Πολυτεκνία. *vers.* 14.
      - Morte, *quando si mortuus. vers.* 15.
      - Sepulturâ, *vbi sepultus sit. vers.* 15.

CAPVT XIII.

Samſonis Γενέθλια,

- Τὰ τῶν γενεθλίων
  - Ἡ ὑπόθεσις: *Angeli apparitio*
    - Prima: *in qua deſcribenda notatur*
      - Tempus, *quando, & quo Reipublicæ ſtatu facta ſit iſta apparitio: videlicet Iſraelitis, Philiſtinorum dominatu adhuc preſſis. Oppreſſionis huius*
        - Cauſa: *Idololatria, aliaque ſcelera, in quæ ſunt relapſi. verſ. 1.*
        - Author: *Dominus tradidit, &c. verſ. 1.*
        - Diuturnitas (*quadraginta annis.*) *verſ. 1.*
      - Perſona,
        - Cui *facta ſit apparitio, deſcribitur à*
          - Marito. —
          - Nomine.
          - Sexu.
          - Sterilitate.

          Verſ. 2.
        - Quæ *apparuerit: Angelus Domini, qui de futuro partu vaticinatur. Vaticinium hoc*
          - Recitatur *ab Angelo. Oratio ipſius partim, eſt*
            - Περοιμιακὴ *de ipſo partu. verſ. 3.*
            - Προσταικὴ, *quo victu ſit matri victum. verſ. 4.*
            - Επιδεικτικὴ *ipſius fœtus ab habitu: Profeſſione: officio Iudicis. verſ. 5.*
          - Refertur *ab vxore marito. Verſu 6. 7.*
    - Secunda: *Apparitionis huius*
      - Αἴτια εὐχαριστικὴ, *ſunt preces Manuæ ad Deum, pro iteranda apparitione. verſ. 8. 9.*
      - Περιχώρησις:
        - Apparitio *Angeli facta*
          - Vxori, *in agro ſedenti. verſ. 9.*
          - Marito *ab vxore vocato. Verſu 10. 11.*
        - Oratio
          - Manuæ, *eſt* ἐρωτηματικὴ *de*
            - Conditione *futuri partus. verſu 12.*
            - Nomine *Angeli. verſ. 17.*
          - Angeli *eſt*
            - Προσταικὴ, *quomodo fœtus educandus ſit. verſ. 13. 14.*
            - Δηλωτικὴ *nominis ſui. verſ. 18.*
        - Gratitudo *Manuæ, invitantis Angelum ad conuiuium. verſ. 15.*
        - Miraculum *editum*
          - Qua *in re: In Holocauſto. verſ. 16. 19.*
          - A' quo: *ipſo Angelo ſacrificium præparante, atque inſuper miraculum addente. verſ. 19.*
          - Quibus *teſtibus: Manue & vxore videntibus. verſ. 19.*
          - Cur: *Vt promiſſio futuri partus confirmaretur, &c.*
      - Ἔκβασις:
        - Angeli *diſceſſus, ſeu aſcenſus in flamma. verſ. 20. 21.*
        - Conſternatio *ſpectatorũ. Conſternationis*
          - Signum: χειτλιασμὸς, *lamentatio Manuæ. verſ. 22.*
          - Remedium *appoſitum ab vxore, maritum conſolante ab anteacta Dei benevolentia. verſ. 23.*
  - Ἐπίθεμα quatuor:
    - Impoſitio *nominis. verſ. 24.*
    - Educatio *Samſonis. Ibid. Creuit, &c.*
    - Commoda
      - Animi: *virtus heroica, à Dei Spiritu infuſa. verſ. 25.*
      - Corporis: *Vires prodigioſæ à Deo collatæ. verſ. 24.*
    - Specimina *& tyrocinia edita. verſ. 25.*

CAPVT

CAPVT XIV.

Coniugium Samsonis.



CAPVT XV.

Τὰ καλορθώματα Samsonis, eiusque heroica facta.

- **Bellum Samsone cõtra Philistæos susceptum**
  - Causa αἰτιολογικὴ, seu ἀφορμὴ & occasio
    - Oblata à Socero, denegãte sibi vxorẽ, iam alij nuptam. Iniuriæ huius illatæ
      - Tempus. *vers.* 1.
      - Persona
        - Patiens: *Samson cum vxor sese reconciliaturus. vers.* 1.
        - Agens: *Socer, &c. vers.* 1.
      - Locus, *vbi illata est iniuria. vers.* 1.
      - Modus: *Prohibuit, scilicet vi. vers.* 1.
      - Causa, *quam Socer explicat oratione* ἀπολογητικῇ. *Vtitur autem*
        - Translatione *culpæ in Samsonem, tanquam desertorem coniugij. vers.* 2.
        - Deprecatione. *Namiram generi, spe nuptiarum & iucundioris coniugij demulcere conatur. vers.* 2.
    - Arrepta à *Samsone, qui apertum bellum Philistinis denunciat. vers.* 3.
  - Modus gerendi belli. Sãson grassatur in Philistæorum
    - Agros, *incendio. Incendij huius*
      - Author: *Samson, &c. vers.* 4.
      - Organa: *Faces, vulpium caudis alligatæ. vers.* 4.
      - Materia: *Succendit*
        - Metas.
        - Segetes.
        - Vineas.
        - Olieta.

        Vers. 5.
      - Euentus: *Incendij pœna de Samsonis Socero, & vxore adulterâ sumpta, per ipsos Philistæos. vers* 6.
    - Corpora, *plagis. Obseruandum hîc τὸ*
      - Ἡγύμνωσεν: *Protestatio Samsonis, sibi non esse satisfactum istâ pœnâ adulteræ & Soceri. vers.* 7.
      - Πεπληγεν. *vers.* 8.
      - Ἐπάνω: *Habitatio Samsonis. vers.* 8.
    - Vitam, *cædibus. Describuntur ea, q̃ factum hoc*
      - Antecesserũt, *vt sunt*
        - Hostium *expeditio ad capiendum & puniendum Samsonem suscepta. vers* 9.
        - Amicorum *perfidia, q̃ appareat ex ipsorum actione, institutis cum*
          - Philistinis, *quibus se solicitè purgant de damno ipsis per Samsonẽ illato. vers.* 10.
          - Samsone. *Huius actionis partes sũt quatuor:*
            - Accusatio, *quâ Samsonem violatæ publicæ pacis arguunt. vers.* 11.
            - Defensio *Samsonis à iure Talionis. vers.* 11.
            - Pronunciatio *sententiæ latæ, de capeiuitate Samsonis. vers.* 12.
            - Executio: *Vincula, certâ conditione, Samsoni consentienti, iniecta. vers.*13.
      - Comitata *sunt: τὰ μέσα, vt*
        - Euasio *è manibus popularium suorum, solutis diuinitùs vinculis. vers.* 14.
        - Cædes *hostium facta*
          - Quibus auxilijs: *Maxillâ asini. vers.* 15.
          - Quanta: *Interfecit mille viros. vers.* 15.
      - Consecuta *sint: τὰ ἐπόμενα sunt duo:*
        - Ἐπινίκιον *à Samsone cantatum. Vers.* 16.
          item 17.
        - Miraculum *aquæ, ex Asini dente molari ebullientis, impetratum precibus Samsonis ad restinguendam sitim eiusdem. versu* 18, 19.
  - Euentus: *Samson ex ijsdem victorijs adeptus est principatum in Israel, cui viginti annos præfuit. vers.* 20.

CAPVT

CAPVT XVI.

Reliqui loci personam Samsonis demonstrantes.



CAPVT XVII.

Idololatria in familia Michæ perpetrata.



CAPVT XVIII.

Idololatria ex vna familia Michæ in totam Tribum Daniticam translata.



CAPVT

CAPVT XIX.

Effrenata Gabaonitarum libido.

Περιγραφὴ, est Abrahæ in Israel. Versus præcedentis capitis vltimo, qui est initium huius capitis. Eadem hæc ἀναγραφὴ ἀφ' ἑαυτῆς repetitur etiam infra à capite vltimo, versu postremo.

Περιγραφὴ, est peregrinatio Leuitæ cuiusdam

Ἀφορμὴ

Ἀπόδημον, itionem. Huius

Efficiens, id est, peregrinans, mortuus & quidem uxor describitur tamen à
- Professione: *Leuita. vers.1.*
- Tribu. *Ibid.*
- Sede. *Ibid.*
- Coniugio. *Ibid.*
- Infortunio *ex uxore, ob commissum adulterium fugitiua. vers.2.*

Finis: *Reconciliatio cum uxore, eiusdemque reductio. vers.3.*

Organa *& instrumenta peregrinationis: Seruus & duo asini, &c.*

Adiunctum: *Honorificè excipitur cùm ab uxore desertrice, (vers.3.) tùm à Socero. vers.4.*

Stationē & commorationem. Stationis

Locus: *In domo Soceri. vers.4.*

Tempus: *Triduum. Ibid.*

Causa *manens, ipsumq; retinens: Humanitas Soceri. vers.5.6.7.*

Occupatione: *Indulgebam genio, &c. vers.4.6.*

Ἐπάνοδον, redisionem susceptam

Quando: *Die quinto circa vesperam. vers.9.*

Quomodo: *Inuito Socero, qui abitum dissuadebat ab intempestiuo. vers.9.10.*

Quo exercitu: Hospitio acquirendi

Solicitudo, *vel solicita de ea deliberatio*
- Serui, *suadentis diuerticulum in vrbem Hierusalem. vers.11.*
- Heri, *recusantis illud diuerticulum, propter ciuium impietatem. vers.12.13.*

Difficultas *& inhospitalitas Gabaonitarum. ver.14. 15. potissimùm vero vers.18.19. vbi conqueritur de inhumanitate ciuium.*

Commoditas *& hospitalitas ciuis cuiusdam, qui commendatur ab*
- Ætate. *vers.16.*
- Patria. *Ibid.*
- Studiis *& occupationibus. Ibid.*

Humanitate, *quam exercet*
- Verbis, *amicâ inuitatione. v.17.*
- Factis, *benignâ tractatione. vers. 20 21.*

Scenarii huius tres sunt obseruandi præcipuæ.

Περιχώρ. *In hoc facto obseruanda est potissimùm persona*

Agens: *Primarij Gabaæ ciues, domum obsidentes, & peregrinum ad nefariam libidinem postulantes. vers.22.*

Prohibens: *Paterfamilias, qui, vt nefarios homines à tanto scelere reuocet: proponit illis Ius hospitij (vers.23.) & facti turpitudinem, per comparationem minoris flagitij cum maiore. vers.24.*

Subministrans: *Leuita concubinam exponens. vers.25.*

Patiens: *Quid passa sit ista concubina, & quandiu. vers.25.*

Ἔκβασις.

Concubina, *ex accepta per totam noctem contumelia, mortua corruit ad ostium hospitij. vers.26.*

Leuita *mortuam vxorem recepit, domumque deportauit, & in duodecim partes diuisam, per singulas Tribus Israeliticas membratim ad Ius postulandum misit. vers.27.28.29.*

Israelitæ *ad tam atrox facinus, in concubinam Leuitæ à Gabaonitis perpetratum, obstupescunt. vers.30.*

CAPVT XX.

Pœna libidinis.



CAPVT

CAPVT XXI.

Reſtauratio Tribus Beniamin.



HISTORIA RVTHÆ MOABITICAE MVLIERIS.

Argumentum Libelli.

Ruth Moabitis, Boozo, ſecundis nuptijs, iure propinquitatis, coniungitur. Exponuntur ergo huius



CAPVT I.

Pietas Ruthæ erga Socrum, in patriam reuertentem.

EXPONITVR autē non tantùm reditus ab exilio, sed & abitus, atque adeò etiàm cōmoratio in terra Moabitica. Partes igitur formales huius capitis sunt tres.:

- Ἀναβασία. Huius causa
  - Mouens & impellens, annonæ caritas, seu fames grassata, vbi & quando, &c. Vers.1.
  - Materialis, id est, Locus
    - A' quo: Bethlehem, Tribus Iudæ. Vers.1.
    - Quò: Regio Moabitica. Vers.1.
  - Efficiens: Personæ peregrinantes:
    - Maritus: Elimelech. Vers.1.2.
    - Vxor: Noëmi. Vers.1.2.
    - Filij:
      - Mahalon. Vers.1.2.
      - Chelion. Vers.1.2.
- Ἐπιμονὴ, commoratio, & qua Noëmi, ibidem degens, conigerint
  - Mala: Obitus mariti & patris. Vers.3.
  - Bona: Filiorum coniugia. Vterisq; coniugij
    - Duratio. Vers.4.
    - Dissolutio per mortem vtriusque mariti. Vers.5.
- Ἐπάνοδος à Noëmi vidua
  - Suscepta. v.6. Notanda hîc est causa
    - Κίνησις: Fames in patria sedata. Vers.6.
    - Ὀρμὴ: Comites itineris, sunt Nurus vtraque. vers.7. Ponitur hoc loco oratio Socrus ad Nurus suas conuertendæ. Orationis
      - Forma,
        - Propositio, quæ Noëmi conata est persuadere vtriq; Nurui, vt domum ipsæ reuersæ secundas nuptias ineant. v.8.
        - Confirmatio ab
          - Vtili secundarum nuptiarum: vilitatem exprimit voce quietis. Vers.9.
          - Honesto, quòd sine Legis (Deut. 25.) transgressione liceat alijs maritis nubere: cùm ex matre vidua & ætate confecta nulla sit spes prolis, quæ fratribus defunctis semen excitet. Vers.11.12.13.
          - Exemplo suo, quid in exilio perpessa sit. Vers.13.
      - Effectus
        - Communis: Effusio lachrymarum. Vers.9.14.
        - Specialis, quod
          - Orpham quæ persuasa deseris Socrum. Vers.14.
          - Ruthan, quæ persistis in sententia sequendi Socrū. Vers.18. Constantia hæc exaggeratur
            - Exemplo fratriæ, quæ non est commota. Vers.15.
            - Deprecatione. Vers.16.
            - Voto perpetuæ amicitiæ & coniunctionis. Vers.16.17.
            - Iuramento. Vers.16.
  - Perfecta. Reditionis
    - Locus. Vers.19.22.
      - Ciuium Bethlehemitarum ovpnuiδωσις. Vers.19.
      - Motus accidentarij:
        - Noëmi χειλιαστὸς, quo suam miseriam deplorat, ita, vt etiam nominis sui appellationem (quâ lætitia significabatur) æquo animo audire non sustinueris. Vers.20.21.
    - Tempus. Vers.22.

CAPVT

CAPVT II.

Mores Ruthæ, & Boozi,

CAPVT III.

Consilium Socrus Nurui datum de procurando honesto matrimonio.



CAPVT IV.

Nuptiæ celebratæ & soboles ex illo coniugio susceptæ.



PRIMVS LIBER SAMVELIS.

Analytícè expositus.

Σκιαγραφία libri Samuelis primi περιεφαλαιώδης.



- A Perſecutio hoſtilis, quam in exilio à Saule paſſus eſt. Perſecutionis huius
  - Grauitas perſpicitur ex circumſtantia locorum. Nam Saul Danidem inſectatur locis
    - Cultis: *In vbe Keila. Cap.23.*
    - Vaſtis, per
      - Valles & deſerta
        - Engaddi, *propè mare mortuum: quo loco Saul imprudens in Dauidem incidit. Cap.24.*
        - Pharanis, *in Finibus Regni & Tribus Iudæ Meridianis: in quibus Nabal impius & in Danidem durus & cõtumelioſus habitabat. Cap.25.*
      - Montes *in colle Hachila, vbi Dauid vigi; ad Regem Saulem, in tentorium penetrat, eiuſque haſtam & phialam aufert. Cap.26.*
  - Diuturnitas, quam oſtendit effectus. Tandem enim Dauidem ro adigit, vi crucis & moleſtiarum pertæſus, ad hoſtes populi ſui apertos confugiat; ſeque ſe accommodet. Exilij huius
    - Materia, *id eſt, locus commorandi & habitandi Dauidi à Rege Philiſtinorum Achis aſſignatus: videlicet oppidum Siceleg. Cap.27.*
    - Accidens motus
      - Paſſiui: *Dimiſſio atque adeò relegatio Dauidis ex caſtris Philiſtinis. Cap.29.*
      - Actiui: *Expeditio Dauidis pro Sicelegitis in Amalecitas. Cap.20.*

CAPVT I.

Τὰ γενέθλια. natales Samuelis.

- Generatio, *ſeu ortus & natiuitas Samuelis obſeruabis*
  - Generatio, *ſeu ortus & deſcribitur à*
    - Perſonam
      - Generatio, *ſeu ortus & deſcribitur à*
        - Agente: *Pater Samuelis deſcribitur*
          - Loco *habitationis: Rama Ephraimitarum. verſ.1.*
          - Nomine. *verſ.1.*
          - Genere & Tribu (*Leuitica.*) *verſ.1.*
          - Coniugio, *ſeu potius digamia. verſ.2.*
          - Pietate, *quæ eluceat ex peregrinatione. Peregrinationis huius*
            - Tempus *ſtatuum, & à Deo in Lege præſcriptum. verſ.3.*
            - Finis, *vt erat*
              - Adoratio. *verſ.3.*
              - Sacrificatio. *verſ.3.*
            - Materia, *tum*
              - Loca: *Silo, vbi Tabernaculũ erat. v.3.*
              - Perſonæ *ibi miniſtrantes: Sacerdotes Domini, &c. verſ.3.*
            - Motus, *ſeu actiones & occupationes Elcanæ*
              - Oblatio *ſacrificiorum. verſ.4.*
              - Epulæ *& conuiuium ſacrum ab ipſo inſtitutum. verſ.4.*
          - Iuſtitiâ *diſtributiuâ. Verſ.5.*
          - Humanitate *erga vxorem ſteriliẽ. Humanitatis*
            - Cauſa *mouens: Affectus & commodus, ex ſterilitate dilectæ coniugis ortus. verſ.5.*
            - Effectus: *Conſolatio eiuſque*
              - Ἐρώτησις, *interrogatione figurata. Nolis ſterilitatem tam acerbè ferre. v.8.*
              - Ἄνοια *à comparatione maioris commodi. verſ.8.*
        - Patientem, &c. *Vide literam A:*
      - Sexu: *Puerit filium. verſ.20.*
      - Nomine. Nominis
        - Impoſitio: *Samuel. verſ.20.*
        - Εὐφημία. *verſ.20.*
    - Motum
      - Congreſſus. *verſ.19.*
      - Conceptus. *verſ.20.*
      - Partus. *verſ.20.*
  - Educatione
    - Domeſticâ, *de conſilio matris ſuſcepta: Obſerua tempus & modum educandi, qui dicitur Lactatio. verſ.22.23.*
    - Externâ, *apud Tabernaculum: Obſeruentur ſacerdotes huius educationis*
      - A quibus *ſuſcepta ſit: A matre, &c. verſ.24.*
      - Quibus *auxilijs: Oblationibus ſecum allatis. verſ.24.*
      - Quando, *quâ pueri ætate. verſ.24.*
      - Cui *ſis in curam & diſciplinam commiſſus. verſ.25.*
      - Quomodo *& quibus verbis Pamifici filium commendaris. Oratio Annæ ſuadens*
        - Exordium *à ſolio. verſ.26.*
        - Propoſitio *implicita: Rogo vt hunc meũ filium educandum ſuſcipias.*
        - Argumentum *ab*
          - Honeſto: *Decet eum in ea domo educari, in qua à Domino precibus eſt impetratus. verſus 26.27.*
          - Iuſto: *Satisfactio voti inſta eſt. verſ.28.*

A. Patien-

A. Patientem: *Mater Samuelis demonstratur à*

- Nomine. *Anna. Vers.2.*
- Corporis incommodo: *Sterilitate, quæ notatur μετωνυμικῶς ab*
  - Effectu: *Liberi eranvei nulli. vers.3.*
  - Efficiente. *vers.5.*
- Fortunæ *aduersitate, vtpotè*
  - Efficiens: *Peninna. vers.6.*
  - Materia, *propter quam derisa est: Sterilitas. vers.6.*
  - Forma *notatur verbo prouocandi. vers.6.7.*
  - Ignominiâ, *& ludibrio, cui propter sterilitatem erat exposita. Derisionis*
    - Grauitas *colligitur ratiocinatione, ex*
      - Tempore, *quoties prouocata sit. vers.7.*
      - Loco, *sacro, vbi lætitiæ & concordiæ studerium erat. vers.7.*
      - Factis. *Nam exeo quòd fleret, cibum respueret, & mariti consolationem non admitteret, ex eâdem colligitur, fuisse derisionem amarulentam. vers.7.8.*
    - Remedium *Oppositum: Preces ab Anna effusæ:*
      - Quando *oranerit. vers.9.*
      - Vbi: *In atrio Tabernaculi. vers.9.*
      - Testis, *qui præsente oranerit. vers.9.*
      - Quomodo: *Oranit ad Dominum animo mœsta, multis lacrymis. vers.10.*
      - Quid: *Materia precationis colligitur ex conceptione voti. vers.11.*
  - Calumniâ *ebrietatis*
    - Obiecta
      - Qua occasione. *vers.12.13.*
      - A quo. *vers.14.*
      - Quomodo. *vers.14.*
    - Depulsa. *Defensionis*
      - Forma *constat*
        - Aeon: *Non sum ebria, &c. vers.15.*
        - Con: *Sed ex abundantia cordis & doloris, non vini, ista à me fiunt. vers.16.*
      - Effectus *in Pontifice, qui commutata sententia erga illam benignè consolatur, atque dimittit. vers.17.18.*
- Animi *moribus*
  - Pietate, *quam ostenduns preces, votum & similia. vers.10.11.*
  - Spe *& expectatione prolis. vers.18.*

CAPVT II.

Educatio Samuelis apud Tabernaculum Domini.

EDVCATIONIS

- Efficiens *instrumentalis, pietas matris, eiusque preces ad Dominum pro pia institutione filij. Huc pertinet canticum Annæ Προσευκτικὸν. Est enim gratiarum actio, ad plus dandum inuitatio, vt ille inquit. Cæterùm genus causæ in hoc cantico est mixtum. Aliud enim est*
  - Principale: *videlicet Δοξαστικὸν: Huius*
    - Propositio. *vers.1. Exultat, &c. Est autem propositio amplificata notatione causæ formalis, (Lætor in Domino) efficientis & monentis (quæ est beneficium vindicationis à contemptu, à Deo acceptum.)*
    - Confirmatio à
      - Natura *Dei sanctissimi: ideoq; ab hominibus sanctificandi & laudandi. vers.2.*
      - Singulari *Dei fide, beneficentia, & protectione erga suos: Non est rupes vel petra sicut Deus. vers.2.*
  - Minus *principale est partim*
    - Προτρεπτικὸν *Exhortatio ad fastus & superbia*
      - Primum *vers.3. Nolite, &c.*
      - Amov à periculoso, *quòd Deo omnia consilia perspecta sint: & quòd omnia pro sua voluntate moderetur, vel promouendo, vel euertendo. vers.3.*
      - Καταφθὰν *demonstrans scientiam & potentiam Dei inductione exemplorum antitheticorum, quibus ostendit, quòd possit ex oppositis facere quidquis, &c. vers.4. vsque ad 9.*
      - Ἐξαγγελία *potentiæ & scientiæ diuinæ à fine, qui est salus piorum & impiorum exitium. vers.9.*
    - Προφητικὸν, *Vaticinium de*
      - Impiorum *exitio. vers.10.*
      - MESSIAE *regno. Ibid.*
- Effectus *ostenditur, &c. Vide literam A.*


Samuelis, qui cõmendatur à
Sedulitate in officio ministrandi Pontifici, licet filij Heli corruptissimi & dissolutissimi essent. Laudatur enim est, quod exemplis quotidianis corrumpi se non est passus. vers. 11. 18.
Habitu suppeditato à
Pontifice. vers. 18.
Matre. vers. 19.
Testimonio educatoris Pontificis. vers. 20.
Felicitate
Participata: vt est συλλυπεῖσθαι parentum suorum. vers. 21.
Propriâ: puta ab
Donis Spiritus Sancti. vers. 21.
Gratiâ apud Deum & homines. vers. 26.
A. Effectus ostenditur κατ' ἐνέργειαν
Filiorum Heli, qui
Vituperantur à Spiritu Sancto. Obijciuntur autem illis quinq; peccata.
Inscitia & ignorantia Legis & officij: eaque tam κατ' ἐξιν, quàm κατ' ἀπόφασιν ignorantia erat. vers. 12.
Auaritia, rapina & violentia. Amplificatur hoc crimen (quo plus rapiebant, quàm competebat) ex persona ministri huius rapinæ. Deinde etiam ex persona, patiente istam violentiam. vers. 13. 14.
Intemperantia gulæ: quia antè rapiebant, quàm acciperent ex Lege debebant. vers. 15. Est hoc loco.
Μίμησις ministri postulantis, & hominis offerentis sacrificium. vers. 16.
Αὔξησις huius sceleris ab effectu, qui erat contemptus omnis religionis. vers. 17.
Scortatio, exaggerata circumstantijs loci, in quo scortabantur, & personæ, quâ cum commiscebantur. vers. 22.
Inobedientia, vel potiùs pertinacia in perpetrandis suprà dictis sceleribus. vers. 25. Notatur causa huius obstinationis, vel, vt loquitur Scriptura, obdurationis.
Castigatur. Castigationis
Forma: Castigantur quidè ob scelera à parente Heli: leniter tamen & molli tantùm brachio. Oratio eius est partim
Μιμητική. vers. 23.
Ἀποστιμτική ἀπὸ κατηγορίας
Κατηγορία ab
Πρόσωπις. vers. 24.
Indecoro, seu turpi. vers. 24.
Incommodo, hoc est, offendiculo dato. vers. 24.
Periculoso per collationem peccatorũ in Deũ & homines. vers. 25.
Adiunctum: Pœna tam patri indulgentis, quàm filijs perditissimis à Propheta denunciata. Status Propheticæ κατηγορίας est tum
Ὀνειδιστικός. Nã exprobrat Heli nimiam indulgentiam, quam amplificat εὐπρόσωπος.
Παρρησιαστικός, id est, Beneficiorum in familiam sacerdotalem à Deo collatorum. vers. 27. 28.
Παρρησιαστικός, quòd Heli præter officium Sacerdotis, parentis & Iudicis in Israel, ad filiorum suorum scelera conniuerit quæstus & proprij commodi causa. vers. 29.
Ἀπειλητικός. Minatur enim pœnam tam patri, quàm filijs. Comminationis.
Propositio per occupationem, quâ crimen inconstantiæ amolitur. vers. 30.
Ἐκβασις καὶ μεσεγμὸς pœnarum: vt sunt.
Amissio Sacerdotij vers. 30.
Excidium familiæ. vers. 31. 32. 33.
Aemulatio, seu æmulus ipse creatus, quando, & quo dolore. vers. 32. 33.
Mors filiorum violenta ante obitum patris. vers. 34. 35.
Mendicitas posterorum. vers. 36.

CAP.

CAPVT III.

Vocatio Samuelis ad munus Propheticum.

In vocatione Samuelis, vtitur Spiritus Sanctus septem circumstantiis.

- Quis: *Persona vocanda. vers. 1.*
- Quando, seu quot
  - Statu *verum Ecclesiasticarum. vers. 1. Sermo Domini erat pretiosus: non erat visio manifesta, &c.*
  - Tempore *diei naturalis: Ante tempus matutinum, quousque ardebant interna. vers. 3.*
- Vbi: *In templo, id est, remotiore Tabernaculi parte, vbi erant Leuitarum cellæ. vers. 3.*
- Quo *teste: Ipso Pontifice Heli: Ideò enim Deus permisit Samuelem ad Heli accurrere, vt subsecutura reuelatio & vocatio apud Sacerdotem Heli & fidem & testimonium inueniret. vers. 2. & sequentibus aliquot.*
- Qualis *fuerit vocatio: Insolita ipsi Samueli. vers. 7.*
- Quomodo *Deus vocâris Samuelem: Reuelando illi (speciminis loco) cladem familiæ Heli. Est enim hæc clades.*
  - Reuelata: *Samueli. Oratio* IEHOVAE *est* ἀποκάλυψις *& ἀπόκλυψις*
    - Exordium ἀποκαλυπτικὸν. *Promittit enim reuelationem cladis horrendæ, ad cuius vel solam famam homines obstupescent, & contremiscent: ἄῤῥητος ab effectu. vers. 11.*
    - Narratio *cladis. Narrationis membra sunt:*
      - Quis *hæc cladè afficiendus: Heli cum tota familia. vers. 12.*
      - Quæ & qualis *sit futura clades. versu 12.*
      - Quandiu *duratura. vers. 13.*
      - Cur *ipsi inferenda. vers. 13.*
    - Confirmatio
      - Ἀπόχρωσις: *Iuramentum* IEHOVAE. *vers. 14.*
      - Ἔμφασις *ex causis: causâ negatâ, non sequitur effectus. At peccati & pœnæ expiatio Heli denegatur. Ergo, &c. vers. 14.*
  - Denunciata: *Obserua hic.*
    - Samuelis
      - Modestiam, *tum in faciendo officio priore, (etiamsi ad munus propheticum iam euectus esset) tum in reticendo oraculo. vers. 15.*
      - Fidem *in denunciando reuelationem: quòd non nisi à Pontifice adiuratus eam reuelat, & quidem fidelissimè, nihil ipsum celans. vers. 18.*
    - Heli
      - Conscientiam *sanciam, irrequietam, & nihil boni sibi præsagientem. versu 16. 17.*
      - Humilitatem. *vers. 18. Dominus est, quod bonum est in oculis eius, faciat.*
- Quo euentu? *Authoritas Samuelis apud totum Israelem inde conciliata. vers. 20. 21. Authoritatis huius*
  - Efficiens. *vers. 19. Dominus erat cum ipso, &c. Et postea: vers. 21.*
  - Materia *ex qua, tanta ipsius fama orta, erat Veritas oraculorum à Samuele pronunciatorum. vers. 19. de qua sequentibus capitibus.*

CAPVT IIII.

Clades Pontificis & populi Israelitici.

- Causa *movens, seu occasio cladis primo congressu accepta. Observa.*
  - Partes *belligerantes*
    - Israelitæ. *vers. 1.*
    - Philistinos. *Ibid.*
  - Locum *castrorum*
    - Israeliticorum. *vers. 1.*
    - Philisthæorum. *Ibid.*
  - Conflictum. *vers. 2.*
  - Numerum *interfectorum in exercitu Israelitico. vers. 2.*
- Forma *exprimitur oratione Magistratus Israelitici* συμβουλευτικῆ. *Etenim decepti paralogismo* τοῦ μετὰ τὸ διὰ τοῦτο, *putant se victos propter absentiam Arcæ, (cùm tamen vera causa esset panitentia neglecta.) Ergo per Arcæ præsentiam sibi victoriam promittunt. vers. 3.*
- Adiunctum: *nimirum, Executio consilij & deliberationis: Arca fœderis à filijs Heli in castra adducta. vers. 4.*
- Effectus in
  - Israelitis. *Gratulatio, tanquam victoriam ante victoriam. vers. 5.*
  - Philisthæis: *Trepidatio. vers. 6. Trepidationis hostilis*
    - Causa *efficiens: Israelitarum iubilationes. vers. 6.*
    - Signum: *Oratio desperantium. Argumentantur enim à maiori: Si Ægyptiorum vires huic Deo non potuerunt obsistere, quid de nobis fiet? vers. 7. 8.*
    - Remedium: *Oratio* συμβουλευτικὴ *vers. 9.*

POENA impietatis populi & Sacerdotũ bellum fuit. Belli huius

- Ingressum. *Consultatio de adducenda arca Dei in castra, tanquã Duce belli. Consultationis huius*
- Exitum
  - Publica
    - Internecio *exercitus Israelitici. vers. 10.*
    - Amissio *Arcæ. vers. 11.*
  - Priuata
    - Interitus *filiorum Heli. vers. 11.*
    - Obitus *Heli. Mortis*
      - Locus. *vers. 13.*
      - Tempus *suæ*
        - Ætatis. *vers. 15.*
        - Gubernationis. *vers. 18.*
      - Modus: *Ad vocem nuncij cadens fregit cernicem. Circumstantia modi describitur* ἀναφορικῶς. *vers. 12. vsq; ad 18.*
    - Mori *Nurus. Notanda huius mortis*
      - Causa: *Dolores partus, accelerati tot tristibus nunciis. vers. 19.*
      - Modus, *quomodo obierit:*
        - Consolationem *non admittit. vers. 20.*
        - Nomen *funestum filio imponit. vers. 21.*
        - Deflet *calamitatem publicam & priuatam. vers. 21, 22.*
  - Aulæum: *Clades & calamitas*
- Epilogus
  - Pœna *hostium Philistinorum. Cap. 5.*
  - Restitutio *Arcæ. Cap. 6.*

CAPVT V.

Philistini propter abductam Arcam puniti.

- Causa *Prælapsus: Triumphus Philistinorum de Arca capta, quã suo Dagoni sistunt, tanquam Ioui Feretrio spolia opima. vers. 1. 2.*

POENAE huius

- Species *ab obiecto sũptæ. Deus enim animaduertit in ipsorum*
  - Religionem, *confundendo idolũ Dagonis,*
    - Quando. *vers. 3.*
    - Quomodo: *Deus idolum Dagonis*
      - Deturbat *de loco suo. vers. 3.*
      - Comminuit *capite & manibus. vers. 4.*
    - Quâ *hominum opinione vel potiùs superstitione. vers. 5.*
  - Corpora. *Pœna hæc exaggeratior ab*
    - Efficiente: *Aggranata est manus Dei. vers. 6.*
    - Obiecto, *seu parte corporis secretiore. vers. 6.*
    - Qualitate: *Morbus occultus & pudendus (siue Sycosis, siue procidentia intestini recti, siue aliud quoddã nomũ malum fuerit.) v. 6.*
    - Loco. *Nam hoc malo Deus afflixit non tantùm vnam vrbem, sed singulas, præcipuè verò vrbem*
      - Azotum, *eiusq; terminos. vers. 6.*
      - Gathum: *Incerta est hoc loco amplificatio à personis, quæ hoc malo afflictæ sunt. vers. 9.*
      - Accaronem. *vers. 10.*
    - Effectu. *Nam gravitas istius plagæ tantum effecit, vt coacti sint inire consilium de*
      - Circumducenda *Arca per vrbes Philistinorum. vers. 7. 8. Voluerunt autem hoc modo explorare, an Arcâ ablatâ, Azotiæ meliùs sint habituri? & an Arca illa, quacunque ducatur, secum ferat tanta mala, & an fortuitò Azotitis acciderint, &c.*
      - Remittendâ *ad Israelitas. vers. 11. 12.*
  - Regionem, *inmittendo mures, quibus fruges ipsorum vastatæ sint. vers. 6.*

CAPVT

CAPVT VI.

Restitutio Arcæ abductæ.

RESTITVTIONIS

- Tempus: *Arca post septem mensium captiuitatem à Philistinis dimittitur. vers. 1.*
- Authores: *Homines*
  - Politici. v. 2. συμβουλὴ, *consultatio est duorum membrorum:*
    - An *sit Arca restituenda. vers. 2.*
    - Quomodo *sit reddenda. vers. 2.*
  - Sacri. *Sacerdotum & Aruiolorum oratio est διδασκαλικὴ, nam instruũt suos Principes de restitutionis, siue reductionis*
    - Modo: *Idq; in*
      - Genere: *Arca non est vacua remittenda. vers. 3.*
      - Specie: *Ablegandæ est cum muneribꝰ. Anathematum*
        - Finis: *In oblationem pro delicto. vers. 3. 4.*
        - Numerus: *Iuxta numerum Satraparum Philistinorum. vers. 5. 18.*
        - Materia: *Aurum, &c. vers. 4.*
        - Forma: *Ad similitudinem natium & murium. vers. 5.*
        - Efficiens:
          - Principes: τῶν σατραπῶν, *in territorio Philistino. versu 17.*
          - Populus: *Nam & villarũ & minorum oppidorum incolæ ad confectionem prædictorum donorum aureorum necesse habuerunt contribuere. vers. 18.*
    - Auxiliis
      - Inanimatis: *Facies plaustrum nouum. vers. 7.*
      - Animatis: *Vaccæ duæ, lactantes, & nulli iugo ferendo assuefactæ. vers. 7.*
    - Effectu, *qui est, Liberatio à præsentibus plagis. ver. 3. 4. Incidit hic genus causæ*
      - Παροξυσμὸν. *Sacerdotes enim Principes cunctantes exstimulant, allato exemplo Pharaonis. vers. 6.*
      - Στοχασμὸν: *An Deus Israelitarum sit author huius calamitatis. Argumentantur à signo, vt Dei voluntas patefiat. vers. 3. 9.*
    - Personis: *deducentibus Arcam, tanquam comitibus itineris, & vestibus communis euentus. vers. 9. 12.*
- Actus, *seu ipse reductionis motus. Obserua autem*
  - Θαῦμα *miraculosam contra naturæ cursum. vers. 12.*
  - Ἔκβασιν *ad urbem Bethsamez. vers. 12.*
- Euentus, *quomodo Arca à ciuibꝰ Bethsamitis sit*
  - Accepta, *parum*
    - Honorificè,
      - Lætando & *tripudiando. vers. 13.*
      - Immolando *vaccas illas, & offerendo alia sacrificia. vers. 14. 15.*
      - Deponendo *Arcam Domini & capsellam anathematum. vers. 15.*
    - Irreuerenter. *vers. 19. Aspiciendo Arcam & contemplando curiosè. Tantùm enim filijs Aaronis permissum erat videre Arcam nudam: reliquis etiam Sacerdotibus sub interminatione mortis interdictum erat, ne quis nudam aspiceret. Numer. cap. 4.*
  - Ablegata
    - Cur: *Causa impellens erat, pœna temeritatis, diuinitùs inflicta tam Principibus, quam plebeis. vers. 19.*
    - Quomodo,
      - Deliberando *de Arca ablegandæ. vers. 20. Notanda autem inprimis est impietas Bethsamitarum, causas malorum in Deum transferentium, & nihil de suis sceleribus cogitantium.*
      - Petendo *à ciuibus Cariathiarim, per Legatos, vt Arcam abductam ad se recipiant. vers. 1.*
    - Quò: *In domum Abinadabi, quæ in Gabaa, id est, loco vrbis Cariathiarim editiore sita erat. vers. 1. cap. sequentis.*
    - Cui *cusi odienda sit commissa: Eleazaro, filio Abinadabi. vers. 1. cap. 7.*

CAPVT VII

Bellum Samuele iudice feliciter gestum.



CAPVT

CAPVT VIII.

Occasio & causæ constituendi Monarchiam Israeliticam.

- **Occasio**: *Mores insolentes filiorum Samuelis, qui describuntur ab*
  - Officio & *dignitate: A patre se ne in administrationem Reipublicæ cooptati erant. vers. 1.*
  - Nominibus. *vers. 2.*
  - Sede & *habitatione. vers. 2.*
  - Auaritiâ & *iniustitiâ. vers. 3.*
- **Causæ** *monentes*
  - **Populum** *ad petitionẽ Regis creandi. Huius petitionis*
    - Personæ *postulantes Regem, Senatores & optimates populi. vers. 4.*
    - Locus: *In Ramatha, vbi erat domicilium Samuelis. vers. 4.*
    - Forma. *Argumenta petitionis sumuntur à*
      - Samuelis *senectute, quasi pra senio deliraret, nec amplius præesse posset. vers. 5.*
      - Moribus *filiorum non ferendis in Magistratu. vers. 5.*
      - Fine *regiæ potestatis. Vt iudicet, seu vindicet nos. vers. 5.*
      - Exemplo *gentium. vers. 5.*
  - **Samuelem** *ad consensionem. Licet enim populi petitione vehementer offensus esset. ver. 6. tamen ei cedit, Deo prius consulto. vers. 6. Oraculum Dei est partim*
    - Προσωλικὸν: *Morem illis gere. vers. 7. 9.*
    - Παραμυθητικὸν: *Neque est q̃ te graviter crucies propter hanc in te ingratitudinẽ. Argumenta consolationis ducuntur à persona*
      - Dei: *Non te reiecerunt, sed me. Ab ego illorum iniurias patienter fero. Ergo & te quoq; ferre oportet. vers. 7. 8.*
      - Populi: *Populus hic antiquum obtinet. Ergo nihil noui tibi accidit: mihi sæpius hactenus idem euenit. vers. 8.*
    - Νουθετικὸν: *Monet enim Prophetam, vt publicam protestationem de incommodis Regiæ potestatis prius coram populo interponat. vers. 9.*

ARISTOCRATIAE Israeliticæ in Monarchiam mutandæ

- **Effectus**: *Incommoda & onera Regiæ potestatis, proposita oratione Samuelis dissuasoriâ. Orationis*
  - **Idea.** *Scopus est, commemoratione periculorum & onerum populum à stulto consilio petendi Regis deterrere. Observa autem*
    - Πρόσωπον. *vers. 10. 11. Hoc erit iudicium, id est, hi mores (Nam vocabulum Iudicij, sæpè mores significat) familiares sunt Regibus: sic solent tractare subditos. Non enim describit τὰ δίκαια, sed τὰ γυναῖκα.*
    - Ἔκθεσιν, & distributionem
      - Totius: *Eritis Regi in seruos. vers. 17.*
      - Partium: *Seruient ipsi, vestri*
        - Filij. *vers. 11. 12.*
        - Filiæ. *vers. 13.*
        - Agri & *vineæ. vers. 14. 15.*
        - Serui & *ancillæ. vers. 16.*
        - Iumenta. *vers. 16.*
        - Greges. *vers. 17.*
    - Περίληψιν: *Posthac ipsis non fore integrum mutare statum Regium in Aristocratiam Iudicum. vers 18.*
  - **Euentus,**
    - Pertinacia *populi,* καρδιλία *gentium excæcati. Vers. 19. 20.*
    - Consensus
      - IEHOVAE *præcipientis, vt Samuel petitioni Israelitarum locum relinquat. vers. 21. 22.*
      - Samuelis, *Dei mandato acquiescentis, totamque rei procurationem in se recipientis. vers. 22.*

CAPVT IX.

Vocatio Saulis ad Regiam Reipublicæ administrationem.

- Divinæ huius vocationis
  - Causa
    - Materialis: *Persona vocanda & eligenda demonstratur à*
      - Maioribus & parentibus. *vers.* 1.
      - Nomine. *vers.* 2.
      - Staturâ *corporis & maiestate formæ. vers.* 2.
    - Formalis: *Nulla ambitio, fraus, vis, &c. intervenit, sed sola Dei voluntas, siue prouidentia. Testantur hoc sequentes actiones:*
      - 1. Amittuntur *asinæ patris Saulis. vers.* 3.
      - 2. Mittitur *Saul quæsitum eas. vers.* 3.
      - 3. Quæruntur *passim (vers.* 4.*) frustrà tamen. vers.* 5.
      - 4. Seruus *subijcis consilium, Samuelem*
        - Adeundi:
          - Πρόσκυσις *suasionis. versu* 6.
          - Actus *à persona Samuelis, quam laudat à dono certissimæ prophetiæ. vers.* 7. *Pertinet huc imμολὰ de consuetudine Israelitarũ, in obscuris rebus Deum per Vates consulendi. vers.* 9.
        - Honorandi *munusculo, quod ipse de suo offert Sauli ab omni honorario tum imparato. vers.* 7. 8.
      - 5. Suadent *& hortantur puellæ ab occasione & opportunitate conueniendi Samuelem. vers.* 11. 12. 13.
    - Efficiens: *Deus ipse Saulem Samueli indicat, & iubet in Regem vngi. vers.* 14. 15. 16.
    - Finalis: *Liberatio populi Israelitici à seruitute & tyrannide Philistinorum. vers.* 13.
  - Accidẽs, *tanquam externũ quoddam signũ, est conuiuium, quo excipitur, honorificentissimum. Obserua quid dictum, vel factum sit*
    - Ante conuiuium: *Colloquium*
      - Samuelis
        - Paratfacientis *se Sauli. vers.* 18. 19.
        - Inuitantis *Saulem cum seruulo ad cõuiuium. vers.* 19.
        - Consolantis *illum virumq; de asinis ante triduum iam inuentis. vers.* 20.
        - Præmonentis *Saulem de Regia dignitate ipsi delata. vers.* 20.
      - Saulis, *modestè, tribus argumentis (à Tribu omnium infirmissima, à personæ suæ, & familiæ totius tenuitate, petitis) Regnum recusantis. vers.* 21.
    - In conuiuio *accipitur Saul duplici honore primi*
      - Loci. *vers.* 22.
      - Cibi. *vers.* 23. 24.
    - Post conuiuium *Saul à Samuele*
      - Excipitur *hospitio. vers* 25.
      - Dimittitur. *vers.* 26.
      - Deducitur, *præmisso puero. vers.* 27.

CAPVT

CAPVT X.

Electio, vnctio & inauguratio Saulis.

- Hæc autem est genimina:
  - Priuata. *Vnctionis & inaugurationis priuatæ*
    - Author: *Samuel, &c. vers. 1.*
    - Modus, consistit in
      - Rebus & ceremonijs. Nã Samuel
        - Effudit *oleum in caput Saulis. vers. 1. Ex hac ceremonia externa, Electio dicitur Vnctio.*
        - Osculatus *est eum (in signum subiectionis.) vers. 1.*
      - Verbis διδαχῆς : *istá nimirum vnctione, seu effusione olei, conferri ipsi à Domino Regiam dignitatem. vers. 1.*
    - Effectus. *Etenim à signis mox euenturis, Saulem confirmat hoc modo: Qui semel atq; iterum, & sæpius, Verum dixerit, ei in alijs etiam fides adhibenda est. Ergo ex signis euenturis confirmabit fidem tuam. Signorum*
      - Materia, *hoc est, quid prædicat: videlicet*
        - Nuncium *de inuentis asinis, vbi & à quibus accipiendum. vers. 2.*
        - Humanitatem *à peregrinãtibus erga ipsum exercendam. vers. 3. 4.*
        - Mutationem animi. *Mutationis huius*
          - Locus & testes. *versus 5.*
          - Causæ & effectus. *vers. 6.*
      - Euentus in
        - Genere. *vers. 9.*
        - Specie. *vers. 10. Euentus tertij signi confirmatur*
          - Ἀτύχως, testimonio
            - Spectatorum. v. 11.
            - Vulgi. v. 12.
          - Εὐτύχως, *effectu modestiæ & taciturnitatis in Saule, qui patruo etiam scisciranti, de promisso regno nihil dicit. vers. 14. 15. 16.*
    - Adiunctum: *Mandatum de expectando Samuelis aduentu in Gilgalem, ad offerenda sacrificia. vers. 7. 8.*
  - Publica. *Electionis huius*
    - Ἡγέμων :
      - Euocatio *populi ad Comitia in Mizpa. vers. 17.*
      - Expostulatio, *quam Samuel, nomine Dei, cũ populo instituit. vers. 18. Opponit autem inter se*
        - Dei *beneficia, nempe qui ipse hactenus Regis officio in gubernandis & defendendis Israelitis functus erat. vers. 18.*
        - Populi *ingratitudinẽ, incredulitatem & stultitiam, qui malit in hominem Regem, (de quo qualis futurus sit, ignoretur) quam Deum supremum gubernatorem (cuius potentiam & bonitatem toties expertus erat) sperare. vers. 19.*
    - Συμβαίνων:
      - Designatio *Regis per sortitionem. vers. 20. 21.*
      - Præsentatio, *quã Saul hanc vocationem fugiens (vers. 21.) Dei tamen per oraculum designatione inuentus & reuocatus, populo sistitur à Samuele. vers. 22. 23. 24.*
      - Acclamatio *populi, quã nouus Rex exceptus est. vers. 24.*
      - Confignatio *Iuris Regij à Samuele facta, & ad Tabernaculum deposita. vers. 25.*
    - Ἐπίφθων:
      - Comitia *soluta. vers. 25.*
      - Factiones *populi, partim Saulem Regem*
        - Agnoscentis, *eíque obedientis. vers. 26. Notatur autem causa efficiens istius subiectionis: Deus tangens eorum corda, &c.*
        - Contẽnentis. *Contemptus huius*
          - Signum duplex
            - Oratio σκαπτική. *vers. 27.*
            - Adueia *vers. 27.*
          - Remediũ *& repagulum: prudentia Saulis in dissimulandis subditorum conuitijs. ver. 27.*

CAPVT XI.

Confirmatio Saulis in Regno.

- Προοδώγων. *Commemoratur enim*
  - Iabenſium
    - Obſidio. *Obſerua hic*
      - Perſonam *obſidentem & oppugnantem vrbem Iabes. verſ.* 1.
      - Modum *obſidionis. Nam Iabenſes tanta obſidione premuntur, vt de facienda deditione cogitent. Deditionis conditio gemina eſt:*
        - Seruitus *à ciuibus Iabenſibus vltrò oblata. verſ.* 1.
        - Priuatio *dextri oculi*
          - Propoſita *à Rege Ammonitico. verſ.* 2.
          - Accepta *ab obſeſſis poſt ſeptem dierum inducias. v.* 3.
    - Implorato *auxilij & ſuppetiarum à fratribus Iſraelitis ferendarum. verſ.* 4.
    - Dolus, *quo ſimulant, quaſi ab Iſraelitis planè deſerti eſſent. verſ.* 10.
  - Saulis
    - Decretum *de ſubſidio obſeſſis ferendo. Decreti huius faciendi*
      - Occaſio: *Populi lamentationes & querela de Iabenſium periculo. verſ.* 4.
      - Efficiens
        - Princeps: *Spiritus Domini, &c. verſ.* 6. *Zelo diuino excitatus eſt ad retundendam tyrannidem hoſtis.*
        - Organicâ: *Saul ex agro cum aratro rediens. verſ.* 5.
      - Forma: *Comminatio pœna per ſpectaculum conciſorum boum. verſ.* 7.
      - Effectus: *Concurſus militum, imò totius populi. verſ.* 7.
    - Delectus *militum. verſ.* 8.
    - Promiſſio *auxilij, obſeſſis ferendi. verſ.* 9.

- Specimine *bellici vaticinij contra Ammonitas edidi. Expeditionis huius*
- Διήγων. *conflictus cum hoſtibus. Pugnæ huius*
  - Tempus. *verſ.* 11.
  - Modus: *Stratagema exercitus, in tres partes diuiſ. verſ.* 11.
  - Euentus: *Fuga & diſperſio hoſtilis exercitus. verſ.* 11.
- Ἐπιδιήγων. *de*
  - Studio *populi in vindicanda Regis dignitate & maieſtate contra ſeditioſos Regni ſubditos. verſ.* 12.
  - Modeſtia *& prudentia Saulis. Nam quicquid id offenſionis fuit, totum vult condonare Reipublicæ. verſ.* 13.

CONFIRMATVR autem

- Iuramento *fidelitatis à toto populo Sauli præſtito in Comitijs publicis. Comitiorũ*
  - Locus: *Gilgal. verſ.* 14.
  - Cauſa: *Innouemus ibi Regnum, id eſt, planè omnium conſenſu & iuramento probatum confirmamus. verſ.* 14.
  - Perſonæ *conuenientes: Omnis populus, &c. verſ.* 15.
  - Acta:
    - Confirmatio *Regni Saulini. verſ.* 15.
    - Immolatio *victimarum, &c. verſ.* 15.
    - Exultatio *Regis & ſubditorum. verſ.* 15.

CAPVT

CAPVT XII.

Samuel abdicat se Magistratu Iudicis.

- **Oratio Samuelis in Comitiis Gilgalensibus habita, est partim**
  - Ἀπολογητική. Eius
    - Exordiũ ducitur â persona Samuelis, id est, ipsius
      - Meritis *in Rempublicam. vers.* 1.
      - Aetatis *imbecillitate. vers.* 2.
      - Filiorum *conditione priuatâ. vers.* 2.
    - Propositio: *Ego me vltrò sisto, vt administrata à me Reipublicæ rationem reddam. vers.* 3.
    - Confirmatio. *Probat enim anteactam suam administrationem*
      - Testimonio *innocentiæ & integritatis publico, quod*
        - Postulat *Samuel confidenter. vers.* 3.
        - Concedit *populus libenter & ingenuè. vers.* 4.
      - Solenni *protestatione*
        - Interpositâ *coram Deo & Rege. vers.* 5.
        - Iteratâ. *vers.* 6.
  - Κατηγορική. *Ostendit enim populum potendo Regem grauiter peccasse. Orationis huius*
    - Forma *constat*
      - Propositione. *vers.* 7. *Conuincam vos ingrati in Deum animi, quòd Regem postulastis, &c.*
      - Confirmatione
        - Ἐντέχνῳ. *Peccatum amplificat*
          - Ἄλογος
            - Gubernationis *diuinæ & felicissimæ, sub*
              - Ducibus *Mose & Aarone. vers.* 8.
              - Iudicibus. *Vers.* 9. 10. 11.
            - Ingratitudinis, *impietatis & incredulitatis populi erga Deum, qui hactenus officium Regis fidelissimi fecerat, ita vt eius gubernatione meritò debuissent esse contenti. vers.* 12.
          - Ἐπανορθώσεως: *Etiamsi grauiter peccastis petendo Regem ex incredulitate: tamen quia Regem eligere per se non est impium, atque Deus iam dedit vobis Regem: si posthac piè vixeritis, Dominus vos non deseret, sed vobis & Regi dux & protector eris. (vers.* 13. 14.*) Sin minus: multiplicibus pœnis Deus in vos animaduertet. vers.* 15.
        - Ἀτέχνῳ, *à signo miraculosæ tempestatis. Miraculum arguit*
          - Efficiens *causa. vers.* 16.
          - Materia *nulla existens. Cœlo sudo, &c. vers.* 17.
          - Finis: *In testimonium peccati, à vobis commissi, petendo Regem. vers.* 17.
          - Organa, *quibus tempestas impetrata est: Preces Samuelis. vers.* 18.
          - Effectus *subitus. vers.* 17. 18.
    - Effectus: *Resipiscentia populi, agnoscentis, confitentis & deprecantis peccatum. vers.* 19.
  - Παραμυθητική,
    - Πρότασις: *Nolite ex desperatione verum Deum vestrum deserere, & idolorum opem implorare. vers.* 20. 21.
    - Αἴτιον *à præsenti Dei auxilio: Deus vos non deseret. vers.* 2.
    - Καταστατική τεχνική. *Coniectura (quòd non sit ipsos deserturus Deus) voluntatis sumitur à*
      - Causa *impellente: Gloria nominis diuini. vers.* 22.
      - Moribus *Dei, constanter benefacientis. vers.* 23.
    - Διέξοδος & ἐπιτελευτή, *pollicens operam suam: se illis semper & precibus & consilijs adfuturum. vers.* 23.
  - Προτρεπτική *ad constantiam à Dei cultu, ab*
    - Honesto: *Turpe esset, tam benignum patrem, tamque potentem Deum (qualem vos experti estis) deserere. vers.* 24.
    - Periculoso: *Impietas & defectio neque vobis, neque Regi impunè abibit. vers.* 25.

CAPVT XIIII.

Saulis diffidentia & timiditas in sumendis armis contra hostes Philistinos.

- Expeditio contra Israelitas suscepta
  - Quando: *Anno regni Saulini primo.* verſ. 1.
  - Cur: *Propter fusum ipsorum præsidium ad Gabaam.* v. 3. *Fusi præsidij causa efficiens*
    - Instrumentalis: *Mille præsidiarij milites à Saule filio suo attributi.* verſ. 2.
    - Princeps: *Ionathas.* verſu 3.
  - Quibus *auxilijs*: *Firmo & copioso exercitu.* verſ. 5.
- Castrametatio *propinqua.* verſ. 5. 23.
- Incursio & depopulatio. *Nam trinâ acie, omnia cædibus & flammis vastabant.* verſ. 17. 18.

1. Hostium

- Causa *gemina*:
  - *Μαχοφοβία Regis, qui mediocri, quem habebat, exercitui diffisus, omnes Israelitas ad arma classico convocat.* verſ. 3.
  - Fama *inter populum sparsa de irritatis atque exacerbatis Philistinis.* verſ. 4.

2. Populi trepidatio. verſ. 7. Huius trepidationis

- Signa. *Israelitæ enim metu hostium perculsi*
  - Opem *Regis sui inclamant, petentes, daret operam, ne quid Reſpublica detrimenti caperet.* verſ. 4.
  - Fugâ *sibi consulunt, & in munitiones sese recipiunt.* verſus 6. 8.

DIPPIDENTIAE obiectū quadruplex est:

- Adductus *in Gilgalem. Obſervanda hoc loco sunt ea*
  - Πανχρησις: *vt*
    - Samuelis *cunctatio.* verſ. 8.
    - Saulis
      - Festinatio & præcipitantia; *Quòd non expectato Samuelis aduentu, sacrificat.* verſ. 9.
      - Occursus *honorificus, quem Samuelis aduenienti præstat.* verſ. 10.
  - Ἀσχησις:
    - Accusatio *violati mandati diuini.* verſ. 11.
    - Defensio *assumpti-ua. Putat enim Saul*
      - Translatione *culpæ in Samuelem: Quia vidi, quòd tu non venires, &c.* verſ. 11.
      - Comparatione: *Aut sacrificandum sibi fuisse ante tempus: aut Reſpubl. in discrimen adducendam fuisse. Sed illud satius sibi visum. Ergo, &c.* verſ. 11. 12.
      - Purgatione: *Non feci, quòd tua mandata contemnerem, sed quòd necessitas cogebat.* verſ. 12. μετάθεσις εἰς ἀναγκαῖον.
    - Condemnatio *qua Saul stultitiæ, id est, impietatis nomine damnatur à Samuele.* verſu 13.
    - Comminatio *pœnæ. Minatur autem regni instabilitatem.* verſ. 14.

2. Samuelis

- Discessus *à Rege.* verſ. 15.

4. Reipub. *status, ad bellum gerendum in paratus à*

- Milite: *Numerus militum perexiguus.* verſ. 15. *Huc pertinet etiam* verſ. 2. *huius capitis.*
- Fabris, *qui arma conficere, aut acuere possent.* verſ. 19. *Nota astutiam Philistinorum auferentium Israelitis tam arma, quàm armorum artifices, vt rebellandi occasio ipsis præciderentur.*
- Armis
  - Rusticis: *quæ quidem ad manus erant, sed retusa omnia, idèque ad pugnandum inepta.* verſ. 20. 21.
  - Bellicis, *quæque paucissimis.* verſ. 22.

CAPVT

CAPVT XIIII.

Saulis temeritas in iurando.



- Obseruatio. *Populus enim ne maledictionem diuinam, & pœnam capitis incurreret, paruit edicto Regio, & nihil gustauit, licet in magna copia mel supperetet, &c. vers. 25. 26.*
- A. Euentus hoc ab, Iuramento
  - Adiuncta:
    - Factum. *Non comedit mel ex arbore decerpto. vers. 27.*
      - Qualitas: *Ignorantia Iuris, (non communis, sed extraordinarij, videlicet Edicti patris.) vers. 27.*
      - Effectus: *Refectio virium. Versu 27.*
    - Neglectus: *Ionatha*
      - Iudicium: *Admonitus de patris edicto (versu 28.) improbat id, & viuperat ab*
        - Effectu: *Quòd populus viribus destituatur: id quod probat suo exemplo. vers. 29.*
        - Euentu: *Quia non adeò cædebantur Palestini, vt casi fuissent, si Israelita cibo vires suas confirmassent. vers. 30.*
  - Effecta in
    - Hostibus: *Interdictum Regis impedinit plenam victoriam. Nam deficientibus viribus, finem persequendi facere necessitas coegit. vers. 31. 46.*
    - Populo: *Edictum istud in causa fuit, vt populus violaret Legem Dei. Delicti huius*
      - Perpetratio: *Israelitæ vorabant carnes, vicunq; festinanter cœctas, nondum priùs à sanguine (quo prohibitum erat Iudæis vesci) purgatas. vers. 32.*
      - Correctio per Saulem suscepta,
        - Oratione *inuectiuâ. vers. 33. 34.*
        - Inspectione. *vers. 34.*
        - Extructione *Altaris. vers. 35.*
    - Deo, *qui per Sacerdotem consultus de persequendis hostibus, nihil respondet. vers. 36. 37.*
    - Filio *Ionathanæ, quem hoc stulto suo Edicto in periculum capitis conieceras. Partes huius actionis sunt quinque.*
      - Exploratio & inquisitio de Reo facta
        - Quomodo:
          - Regis *iussu. vers. 38. 39.*
          - Populi *consensu. vers. 40.*
        - Quibus auxilijs:
          - Precibus *præmissis. vers. 41.*
          - Sortitione *facta inter Regem & populum: patrem & filium. vers. 42.*
      - Examinatio *Rei deprehensi. vers. 43.*
      - Confessio *Rei. vers. 43.*
      - Condemnatio *eiusdem. vers. 44.*
      - Absolutio, *seu liberatio à sententia mortis per milites. Nam Regem adiurant, & appellans ipsius conscientiam coram Deo, vt posthabita iuramenti ratione, rationem Iuris habeat. Non autem fas esse, eum à populo damnum accipere, qui populo salutem tantam comparauerat. vers. 45.*

- B. Minus *principale, vel demonstratio Saulis à reliquis personarum locis: nimirum à*
  - Rebus *gestis, summatim notatis. vers. 47. 48.*
  - Sobole. *vers. 49.*
  - Coniugio. *vers. 50.*
  - Parentibus. *vers. 51.*
  - Prudentia *in constituendo & tuendo Regno. vers. 52.*

CAPVT

CAPVT XV.

Saulis inobedientia, tanquam præcipua reiectionis causa.

- Inobedientiæ huius
  - Causa
    - Materialis, *in qua peccatum, est mandatum Dei de Amalecitis penitùs excindendis per Samuelem Regi Sauli inmissum. Orationis* [illegible]
    - Formalis, *quæ in eo consistit, quòd Saul non omnes mandati partes executus est. Obseruanda igitur hoc loco*
      - Exordium partim: *Εὐνοϊκὸν à persona Samuelis. vers.1.* / *Προοιμιακὸν ab authoritate Dei. vers.2.*
      - Narratio *ὑποθετικὴ*, de crudelitate Amelicitarum, qui Israelitis in Deserto, alioquin plus satis miseris & afflictis afflictionem addiderant. vers.2.
      - Propositio: *Nunc ergo vade, & percute Amalec. vers.3.*
      - *Ex hac propositionis, docens quæ Regi percutienda, id est, interficienda sint:*
        - Homines *cuiuscunque* sexus, ætatis, *vel dignitatis. vers.3.*
        - Bruta. *vers.3.*
      - *Θέσις κατηγορικὴ: Saulem quidem morem gessisse Domino & Prophetæ, in prioribus mandati partibus: puta*
        - Conscribendo *milite. v.4.*
        - Suscipienda *expeditione. vers.5.*
        - Interficiendo *vulgus Amalecitarum. vers.7.8.*
      - *Ἐπιβολὴ de gratitudine cùm Regis, tum populi erga Cinæam familiam, quam communi Amalecitarum periculo aiq; exitio, missis nuncijs, subtraxerant. vers.6.*
      - *Ἀφορμὴ: sed in altera, & quidem præcipua diuini mandati parte (de Amalecitis penitùs excindendis) Saulem deliquisse: hoc est, ex mera auaritia opima animalia seruasse, & ex stulta ambitione (laudis clementiæ) impio Regi peperciss. vers.9.*
  - H *ἀφορμὴ*, seu occasio, est reuelatio *Samuelis facta*
    - Vnde: *Diuinitùs, &c. vers.10.*
    - Qua *de re: De Regis delicto, eiusque pœna. vers.11.*
  - *Τὸ κόσμιον ποιοῦν*, id est, persona corrigens, Samuel: Qui commendatur ab amore erga Saulem Regem. Charitas ista eluces ex
    - Deprecatione, *seu intercessione apud Deum pro Saule reconciliando. vers.11.*
    - Inquisitione *Regis, vt ipsum de agenda pœnitentia tempestiuè admoneret. vers.12.*
  - O *νικᾶν* in Gilgale. *vers.13.*
  - Adiunctum: *διόρθωσις*, seu correctio. Correctionis *κεφάλαια* sunt præcipuè quatuor:
    - Iudicialis *absolutus*, cuius hæ sunt partes:
      - *Φάσις*: Executus sum (inquit Saul) vindictam, quam Dominus de Amalecitis sumere me iussit. *vers.13.*
      - *Ἀπόφασις*, seu inficiatio Samuelis à signo, id est, ouium balatu, & boum mugitu. *vers.14.*
      - *Αἰτιολογία* affertur à Saule, & sumitur ab æquo & bono: seruata sunt ista animalia in vsum sacrificiorum IEHOVAE offerendorum. *vers.15.*
      - *Συνάγων* opponitur à Samuele, qui inobedientiam Saulis exaggerat à circumstantia personæ: quasi dicat; Non esset ferendum, si quis alius Dei mandatum contempsisset: Quid ergo sentiendum de te? Quem Deus ex infimo loco in summum dignitatis gradum euexit? *v.16. 17.18.19.*
    - Condemnando. *Incidis hic flatus*
      - Legitimus: *Nam*
        - Saul *delabitur ad flatum vũ ῥητῶ & ἀλογίας: quasi dicat; Iussit quidem Dominus, vt omnia perderemus. Sed idem ille iussit etiam, vt ipsi sacrificaremus. Itaque illa pecora seruanda erant in vsum sacrificiorum. vers.20.21.*
        - Samuel *respondet: Posteriori Legi magis parendum fuisse, quàm priori & generaliori de sacrificando: id quod docet comparatione*
          - Obedientiæ *cum sacrificijs & victimis. vers.22.*
          - Inobedientiæ *cum grauissimis peccatis. vers.23.*
      - Assumptiuus: *Tandem enim vtitur Saul*
        - Translatione *culpæ in populum. vers.24.*
        - Deprecatione. *vers.24.25.*
    - Puniendo, *&c. Vide literam A.*

- A. Puniendo regem
  - Saulem: Quia, seu pœna eius generis:
    - Iactura Regni commentarianis huius
      - Πρόσωπος: *Proiecit te Dominus, ne sis Rex super Israel. verſ.23.26.*
      - Καταγνῶσις à re
        - Signo, vel typo ab violenter à pallio abſciſſa *verſ.27.28.*
        - Naturâ *Dei immutabili. verſ.29.*
    - Ignominia excommunicationis. *Samuel enim primò negat ſe comitaturum Saulem (verſ.26.30.) Tandem etiam ab eo plane diſcedit, ne videretur ipſius peccata approbare. verſ.34.35.*
  - Agagum, qui extremo ſupplicio afficitur. Notanda autem ſunt circumſtantia
    - Quis: *Samuel Prophetæ ipſe interficit. verſ.32.*
    - Quem: *Agagum, qui ſimulabat magnam fortitudinem, quaſi gaudens mortem adiret. verſ.32.*
    - Quomodo: *Pronunciatâ primò mortis ſententiâ, ex Lege Talionis. verſu 33.*
    - Quid: *Diſſecuit in fruſta. verſ.33.*
    - Quibus teſtibus & ſpectatoribus. *verſ.33.*
    - Vbi: *In Gilgale. verſ.33.*

CAPVT XVI.

Vnctio Dauidis in Regem priuata.

- VNCTIONIS, ſiue conſecrationis huius priuatæ
  - Hiſtoria
    - Διαλογισμὸς IEHOVAE cum Samuele ἀνθρωπόπαθος. Dehortatur enim Prophetã à luctu & interceſſione pro Saule:
      - Πρόσωπα interrogationis informata. *verſ.1. Pone modum luctui tuo.*
      - Καταγνῶσις à ſupernaculeo. *Fruſtrà te maceras, &c. Cæterùm omiſſa hac ratione, ponitur tantùm eius confirmatio, petita ab immutabili Dei decreto de Rege*
        - Saule abijciendo. *verſu 1.*
        - Dauide per Samuelem eligendo. *verſ.1.*
      - Ἀναγνῶσις, cuius duæ ſunt partes:
        - Ὑποφορὰ Samuelis, iuſſa diuina timidè detrectantis. *verſ.2.*
        - Ἀνυποφορὰ IEHOVAE, ſubijcientis Samueli conſilium, ſpecie continuj, Bethlehemum ad Iſai proficiſcendi, ibique filium eius in Regem conſecrandi. *verſu 2.3.*
    - Τεκμηρίωσις
      - Loci: *Vbi Dauid vnctus eſt: Notatur autem tantùm à nomine. verſu 4.*
      - Locati, hoc eſt, ciuium Bethlehemiticorum, eorumq; tum
        - Publicorum, *ſiue Senatorum, qui metu inani perculſi, honoris gratiâ, ad portam Vrbis vſque occurrentes Samueli, ab eodem conſolantur, & ad ſacras epulas inuitantur. verſ.4.5.*
        - Priuatorum, *Iſai & filiorum, quos Samuel in primis vocauit, vt ſacrificio & epulis intereſſent. verſ.5.*
    - Πρόσωπα perſonæ
      - Reiiciendæ, in
        - Genere. *verſ.10.*
        - Specie, ſe
          - Eliabus: *Obſerua hoc loco*
            - Errorem *Samuelis, quia Eliabi ætate maturâ & heroicâ corporis ſtaturâ deceptus, ipſum Regem pronunciat. verſ.6.*
            - Correctionem IEHOVAE, *monentis Prophetam, ne ex rebus externis de perſona eligenda iudicet. verſ.7.*
          - Abinadabus. *verſ.8.*
          - Samma. *verſ.9.*
      - Eligendæ, *qua demonſtratur à*
        - Nomine: *Dauid, &c.*
        - Parentibus. *verſ.11. Dixit Samuel Iſai, Nunquid iam ſunt completi filij tui?*
        - Ætate: *Iuuenis, circiter viginti tres annos natus, &c. verſ.11.*
        - Studiis: *Paſcit oues, &c. verſ.11.*
        - Forma corporis ingenua & elegans. *verſ.12.*
  - Περιχῶρα. Εὐκαιρία. *Vide literam Z*

- Z.
  - Προχειρ, ipsa vnctio. vers. 13.
    - Quis: Efficiens
      - Princeps IEHOVA. vers. 12.
      - Famulans: Samuel à Domino eius rei submonitus vers. 13.
    - Quid: Vnxit. vers. 13.
    - Quibus auxiliis: Tulit cornu olei, &c. vers. 13.
    - Quomodo: Præeunte explicatione voluntatis Dei, Vide 2. Sam. cap. 5. v. 2.
    - Quibus testibus: In medio fratrum. vers. 13.
  - Ἐκβαίνει, effecta contraria. Nam Spiritus Domini
    - Dauidem occupauit, id est: animum eius iis donis imbuit, quæ ad obeundum regium munus pertinebant: vt est Pietas, Prudentia, Fortitudo, &c. vers. 13.
    - Saulem reliquit: In cuius locum successit Spiritus malus à Domino immissus. vers 14. Caterùm transit hinc Scriptura ad describendum genus vitæ, quomodo Dauid ex opitione factus sit aulicus. Obserua igitur
      - Vocationē ad aulam: Vocationis
        - Occasio
          - Remota: Consilium Medicorum de immoderata illa tristitia & melancholico furore, suauitate Muſicæ reprimendo. vers. 15.
          - Proxima: Commendatio Dauidis ab auliso coram Rege facta. versu 18.
        - Author: Saul Rex. vers. 17. 19.
        - Modus: Non vi, sed prece filium à patre impetrat. vers. 19. 20. 22.
      - Gratiam Regis. vers. 21. 22.
      - Officium in aula geminum. Fuit enim Regis
        - Armiger. vers. 21.
        - Cythariſta. vers. 23.

CAPVT XVII.

Dauidis μονομαχία cum Goliathe.

- Τῆς μονομαχίας
  - Τόπος (v. 3.) inter castra
    - Philistinorum. vers. 1.
    - Israelitarum. vers. 2.
  - Πρόσωπα, personæ ad decernendum de victoria, singulari certamine sese offerentes ex castris
    - Philistinorum. Hæc persona describitur à
      - Nomine, Goliath. vers. 4.
      - Patria. vers. 4.
      - Statura corporis. vers. 4.
      - Habitu armorum, vt
        - Galeæ & Loricæ. vers 5.
        - Ocrearum & clypei. vers. 6.
        - Hastæ. vers. 7.

        Ex hac armorū quantitate, formâ & materiâ colligitur, quibus fueris præditus viribus, q tanto onere onustus, tamen se expedire & pugnare potuerit, &c.
      - Conditione. Non enim fuisse gregarium militem, inde efficitur, Quòd Armigerum habuisse scribitur. vers 7.
      - Oratione cōtumeliosâ in Deum & Israelitas. Orationis συσκευή
        - Forma
          - Externa: Stans clamabat. vers. 8.
          - Interna, est prouocatio Israelitarū ad duellum:
            - Κατασκευὴ ἀ
              - Προτροπή. Eligite vobis, &c.
  - Purgatio, quâ culpam metus huius ab ſeſe depellit. Opponis enim ſua beneficia, quæ variis rationibus (ab officio & ducis prærogatiua, à tempore, à perſonis familiarium, à re ipſa) exaggerat. verſ.14.
  - Translatio culpæ in priores Magiſtratus, quos oſtendit bifariam peccaſſe, per ſe, & per ſeruos ſuos. verſ.15.
  - Commendatio ſuorum officiorum & ſtudiorum in Rempublicam, quaſi à contrario argumentaretur: Adeò exactionibus non ſtudui, vt etiam magnos ſumpſim in Rempublicam fecerim. Aperit autem cauſam efficientem (timorem Dei) & ſpecies quatuor iſtius munificentiæ ſuæ. verſ.15.16.17.18.
  - Appellatio ad Deum, cuius iuſto iudicio rem omnem committit. verſ.19.

CAPVT

CAPVT VI.

- IMPEDIMENTVM mixtum, quod est partim
  - Externum *ab hostibus obiectum idq; duplex:*
    - Insidiæ & *astus. In hoc describendo exprimis* Θέσεσιν
      - Personæ, *quæ insidias struxerint. vers.1.*
      - Causæ & *offensæ, quibus ad insidias moti sint. Ibid.*
      - Modi, *qui peculiaribus circumstantijs describitur. vers.2.*
      - Loci. *Ibid.*
      - Finis. *Ibid. & c. Vt facerent malum.*
      - Causæ *labefactantes insidias istas: Nehemiæ*
        - Prudentia, *seu prudens sua absentiæ excusatio. vers.3.*
        - Constantia *in recusando. versu 4.*
    - Minæ. *Earum*
      - Αἴτιον
        - Ποιητικὸν & ὀργανικὸν (Legati & literæ.) *vers.5.*
        - Εἰδικὸν *epistolâ κατηγορικῇ exprimitur*
          - Πρότασις κατηγορικὴ: *Vos Iudæi estis rebelles, & tu Nehemia affectas Regnum. vers.6.*
          - Κατασκευὴ à
            - Fama. *vers.6.*
            - Testibus. *Ibid.*
            - Signis. *vers.7.*
        - Τελικὸν, *quid minis istis propositis obtinere voluerint. vers.7.*
        - *Idcircò veni, &c.*
      - Ἀντικάμμον, *seu remedium: Oratio Nehemiæ πρὸς θεὸν ὑπὲρ, quâ intentatum crimen inficiatione facti à se depellit. vers.8.*
      - Προσκάμμον, *siue adiunctum: nimirum Nehemiæ iudicium, quid de hoc toto conatuum genere iudicârit. vers.9.*
  - Internum *seu domesticum, est perfidia*
    - Prophetarum *in dando consilio. Narratur huius cõsilij*
      - Propositio, *quâ occasione, à quo, & quomodo consilium illud sit propositum. vers 10.*
      - Recusatio. *Recusatur hoc cõsilium, tãquam*
        - Turpe. *vers.11. Quis mei similis fugeret, &c.*
        - Impium: *Quis (vt ego non ex Prophetarum ordine) ingrederetur Templum. vers.11.*
        - Falsum: *Notæ, quibus falsitatem huius cõsilij deprehenderit, recensentur quinque. vers.12.13.*
      - Abominatio, *quâ rem omnem Deo committit. vers.14.*
    - Ἐπιμολὴ *ad perfectionem operis. vers.15.16. Notatur etiam tempus & effectus, seu fructus perfecti operis.*
    - Optimatum *conspiratium cum hostibus. Conspirationis huius*
      - Χρόνος. *vers.17.*
      - Πρόσωπα, *quæ describuntur partim à fortuna, seu ordine & conditione (optimates:) partim nominibus proprijs. vers.17.*
      - Ὀργανα triplicia: Literæ, —— Iuramenta, Matrimonia. *vers.18.*
      - Τρόπος, *suis partibus formalibus notatus. vers.19.*

CAPVT VII.

- OSTENDIT, quomodo vrbs post restaurationem sit
  - Munita *præsidio Vigilum. Vrbanæ custodiæ*
    - Tempus, *quando sit instituta. vers.1.*
    - Quibus & *qualibus commissa. Describuntur autem à*
      - Nomine. *vers.2.*
      - Moribus. *Ibid.*
      - Conditione, *seu potiùs natione & patria. vers.3.*
    - Quomodo: *Forma custodiæ constitutæ exprimitur. vers.3.*
  - Referta *ædificijs & incolis: Census populi. Huius census*
    - Fines *tres ponuntur. vers.4.*
    - Author & *efficiens, tam princeps, quàm instrumentalis. vers.5.*
    - Modus, *seu forma census acti: Congregani, &c. Ibid.*
    - Auxilia *sumit ex catalogo familiarium, ab Esdræ consignato: Hunc ponit integrum, à vers.6. vsque ad vers.69.*
  - Instructa *ærario ex contributione pecuniæ publicæ. Collectionis, seu contributionis* αἴτιον
    - Ποιητικὸν, *siue personæ contribuentes, sparsim per totam hãc narrationem notantur.*
    - Ὑλικὸν: *Donationes quæ, quales & quantæ factæ sint, declarantur partim materiæ, partim quantitatis notatione. vers. 70.71.72.*
    - Τελικὸν: τὸ εὖ ζῆν, *vel* αὐτάρκεια. *vers.73.*

CAPVT IIX.

- FESTORVM descriptio
  - Generalis, *quâ narrantur res vtriq; feſto conuenientes: vt eſt concio habita, tanquam præcipuum opus, quod in his feſtis peregerunt. In deſcribenda concione notat*
    - Χρόνον. *verſ.1.*
    - Πρόσωπα, *Auditores, &c. verſ.2.*
    - Τόπον. *Ibid.*
    - Περιχὴν: *ſeu opus ipſum recitationis. verſ.2. Dixit, vt afferrent librum, &c.*
    - Τρόπον, *qui declaratur in Auditoribus, docente, & in tempore, &c. verſ.3.4.*
  - Specialis, *quoad feſtum*
    - Tubarum: *Res in hoc feſto peracta, eſt concio, ſeu interpretatio ſcripturæ, quæ interpretatio per μεσαρμὸν deſcribitur:*
      - 1. Locus *docentis, ex cauſis deſcriptus. verſ.5.*
      - 2. Περιπεμπόμενὴ *auditorũ ex*
        - Proceribus. *verſ.5.*
        - Plebe *promiſcua. verſ.8.*
      - 3. Exordium *concionis ſeu interpretationis factum ab*
        - Eſdra: *Benedictio, &c. verſ.7.*
        - Populo: *Adoratio & conclamatio, &c. Ibid.*
      - 4. Forma *ſeu genus interpretationis fuit* παραμυθητικὸν
        - Exordium ἀφήγησις *à præſenti tempore. verſ.10.*
        - Propoſitio, *quid*
          - Cauendum *ſit. verſ.10.*
          - Faciendum. *verſ.11.*
        - Cõfirmatio
          - Tempore: *Quemadmodũ ſuum cuiq; rei tribuendum eſt tempus: ita cuiq; tẽpori ſuæ actiones. v.11.*
          - Effectu, *ſeu vtili. Ibid.*
      - 5. Effectus cõcionis, *quòd populum in triſtitiam coniecerint, & inde rurſus ad hilaritatem adduxerint. verſ.12.13.*
    - Tabernaculorum. *Feſti*
      - Celebrandi
        - Occaſio *præbita quando, & ex quibus rebus. verſ.14.15.*
        - Author: *Dei mandatum. verſ.15.*
        - Ritus & tempus: *Vi habitent, &c. Ibid.*
        - Indictio. *verſ.16.*
        - Apparatus. *Ibid.*
        - Finis. *Ibid. Vt fiant omnia, &c.*
      - Celebrati ἀφήγησις:
        - Πρόσωπα, *quæ celebrarint. verſ.17.18. ab initio vtriuſque verſus.*
        - Περιχὴν. *verſ.17.18.*
        - Τρόπος collatione exaggeratur: *Non fecerunt ſic à diebus Ioſuæ. verſ.18.*
        - Χρόνος. *verſ.19.*

CAPVT

CAPVT IX.

- In describenda publica pœnitentia notantur
  - Effecta, *tanquam notæ & signa veræ pœnitentiæ. Sunt autem ea numero septem:*
    1. Conuentus. *vers.1.*
    2. Ieiunium. *Ibid.*
    3. Habitus *lugubris. Ibid.*
    4. Emendatio *vitæ & morum per dimissionẽ vxorum alienigenarum, quibus ducendis Legem violárunt. vers.2. Et separatum est, &c.*
    5. Confessio. *Ibid.*
    6. Lectio *Legis, in qua medicinam quærunt peccatis. vers.3.*
    7. Adoratio. *Ibid.*
  - Auxilia *& subsidia ad intentandam vim confessionis suæ, adhibita, est cohortatio Esdræ, quæ tripartita describitur:*
    - Πρόσωπα, *à quibus exhortationis munus susceptum. vers.4.*
    - Τέπος. *Ibid.*
    - Τρόπος, *quem in cohortando obseruárunt. Ibid.*
    - Υλη, *seu res ipsa perspicua fit propositio cohortationis exemplo. vers.5.*
  - Forma, *seu exemplar, est oratio* ἐγκωμιαστική:
    - Προοίμιον κατ' ἔπαινον Dei. *Est enim encomion Dei, datoris, &c. vers.6.*
    - Διήγησις αὐξητικὴ, *beneficij à Deo collati*
      - Authori *gentis: Societas & amicitia, vel potiùs fœdus cum Abrahamo initum. vers.7.8.*
      - Genti *soti in*
        - Eductione *ex Ægypto Eductionis ex Ægypto*
          - Antecedentia, *id est, causæ efficientes in*
            - Deo, *Prouidentia & potentia. vers.10.*
            - Israelitis, *Afflictiones. vers.9.*
            - Aegyptijs, *Superbia. vers.10.*
          - Consequentia: *Famæ celebritas. v.10.*
          - Adiuncta: *Res ipsa & modus κατ' ἀντίπωσιν. vers.11.*
        - Commoratione *in deserto Beneficia in eremo exhibita sunt septem:*
          1. Ductus, *quo sint ibi duce vsi, quomodo sint deducti, quæ habuerint ductus signa. vers.12.*
          2. Lex *data, vbi, quomodo, quæ & quales sint datæ,* μεσιτρμῷ *specierum Legis ostendit. vers.13.14.*
          3. Sustentatio *in deserto admiranda, quòd panem cælitus & aquam è petra dederit. vers.15.*
          4. Clementia *diuina in condonandis Israelitarum peccatis, vt quòd*
             - Reditum, *in Ægyptum sint molliti. vers.16.17.*
             - Vitulum *aureum erexissent. vers.18. 19.*
          5. Communicatio *Spiritus S. vers.20.*
          6. Victus *& amictus sufficiens. vers.21.*
        - Occupatione, *&c. Vide literam A.*
    - Ἐπίλογος παρηπκός. *Partes eius sunt tres:*
      - Ἀναχεφαλαίωσις. *vers.32.*
      - Ἐπιμονὴ, *quâ immoratur amplificationi superiori, ducta à*
        - Persona
          - Dei. *vers.33.*
          - Sua. *vers.34.*
        - Re *ipsa, quâ ostendunt se frustra, & sine suo commodo rediisse in patriam. vers.38.*
      - Ὑπόχεσις, *quâ spondent se deinceps officiũ facturos. Ibid.*

A. Occupatione terræ promiſſæ, tempore
- Moſis. *verſ.22. Regna parta, & diſtributa etiam per Moſen.*
- Ioſuæ. *verſ.23.24.25. Recenſet hoc loco quatuor beneficia: Primum, Multiplicationem populi. Secundum, Ingreſſum in terram, &c. Tertium, Victorias illuſtres. Quartum, Prædas. Amplificatio à tuta & pacata fruitione, &c. ſubiungitur.*
- Iudicum & Regum: *Deum, vt offenſum, tamen benefaciendo non deſtitiſſe. Id efficiuns adiunctio*
  - Peccatorum *à ſe commiſſorum. verſ.26.*
  - Bonitatis & beneficentiæ diuinæ. Eius ſigna & argumenta:
    1. Paterna caſtigatio, *vt ad frugem redirent. verſu 27.*
    2. Exuditio *clementiſſima, quam nouis iudicijs & notis bonitatis Dei augent. verſ.27.28.*
    3. Conteſtatio, *ſeu monita, panas antecedentia. verſ.29.*
    4. Dilatio *panæ commeritæ. verſ.30.*
    5. Cura *populi, Regno euerſo. verſ.31.*

CAPVT X.

SPONSIONIS ſeſquialteræ:
- Qui *ſponſionem fecerint. à verſ.1. vſque ad verſ.29.*
- Pro *quibus. verſ.29. Optimates pro populo.*
- Modus *ſponſionis. verſ.29. Conueniebant ad iurandum, &c.*
- Res ipſa, ad quam ſponſio facta eſt, ponitur
  - Καθόλου. *verſ.29.*
  - Καπὰ μέρος. Capita ſponſionis ſeptem ſunt:
    1. Peregrini *matrimonij fuga. verſ.30.*
    2. Reſtitutio *Sabbathi. verſ 31.*
    3. Lex *de ſeptimo anno, quo terræ Sabbathum erat. verſ.32.*
    4. Contributio pecuniæ: Eius
       - Quantitas. *verſ 32.*
       - Vſus in —
         - Genere: *Ad opus domus Dei. verſ.32.*
         - Specie. *verſ.33.*
       - Finis. *verſ.33.*
    5. Lex *de ſouendo igne perpetuo. verſ.34.*
    6. Primitiæ: *Sponſionis huius*
       - Res, *ſeu varia genera primitiarum. verſ.35. 36.37.*
       - Tempus: *Ab anno in annum. verſ.35.*
       - Locus: *In domo Dei. Ibid.*
       - Modus: *Sicus ſcriptum eſt. verſ.34.*
    7. Decimæ ſoluendæ
       - Quibus. *verſ.38.*
       - In *quos vſus. verſ.39.*
       - Quomodo: *Prompiè & liberaliter, &c. verſ.39. Et non dimittemus, &c.*

CAPVT XI.

PARTES huius capitis formales ſunt duæ:
- Primus & ſumma totius narrationis:
  1. Qui *in vrbe habitârint. verſ.1.*
  2. Quomodo *ad hos ipſos alij quoque ſint adducti (per ſortem videlicet.) Ibid.*
  3. Vbi *habitârint. verſ.3.*
- Eorum, quæ propoſitam ſummam per partes explicat. Deſcribit enim incolas
  - Vrbis, ex Tribu
    - Iuda. *à verſ.4. vſque ad 7. verſ.*
    - Beniamitarum. *verſ.7.8.9.*
    - Leuitarum. *Horum numerum, nomina, officia, ordines & loca narrat, à verſ.10. vſque ad 25.*
  - Agri. Notas ſedes & loca
    - Iudæorum. *à verſ.25. vſque ad 31.*
    - Beniamitarum. *verſ.31. vſque ad 36.*
    - Leuitarum. *verſ.36.*

CAPVT

CAPVT XII.

- MEMBRA huius capitis sunt tria:
  - Census *Leuitarum & Sacerdotum, sub Pontifice*
    - Iesu, *vel Iosua, vers.1. vsque ad 12.*
    - Ioachimo, *à vers.12. vsque ad 21.*
    - Eliasibo, *à vers.21. vsque ad 26.*
  - Dedicatio *vrbis narratur in*
    - Genere, *notatis breuiter præcipuis circumstantijs (cuiusmodi sunt: res ipsa, administri, causa mouens, forma, instrumenta.) vers.17.*
    - Specie, *per partes, singulæ circumstantiæ magis explicantur, & illustrantur: vt*
      - Personæ, *seu administri, vnde sint accersiti, quomodo se ad opus accinxerint, (purgatione sui, ciuium, murorum.) vers.28.29.30.*
      - Modus *exprimitur, vbi dicit: Omnem multitudinem Sacerdotum, Principum & ciuium in duos choros diuisam esse. vers.31. vsque ad 43.*
      - Quid *fecerint, & quibus ad institutum vsi sint instrumentis (cantu, victimis, Iubilo, &c. vers.41.42.*
  - Electio *Quæstorum sacri ærarij, in qua describenda exprimitur*
    - Τῶν ἐπισκόπων: *Recensuerunt, id est, diligenter quæsiuerunt. vers.43.*
    - Χρόνῳ: *In die dedicationis. Ibid.*
    - Πρόσωπα: *Viri. Ibid.*
    - Ὑλη *rerum gerendarum, seu officium notatur*
      - Nomine *communi super Gazophylacium. vers.43.*
      - Per *partes. vers.43. ad primitias, decimas, &c.*
    - Αἴτιον χαρᾶς, *quod Iudæi bono successo læti, ac strenuâ officij Leuitarum functione delectati, dona multa & magna offerrent. à vers.43. vsque ad finem.*

CAPVT XIII.

- MALA ista sunt numero quatuor:
  - Violatio *Templi, quòd Ammonitæ in Templo locus datus esset. Narrationis huius membra sunt duo:*
    - Descriptio *mali αὐξησεως: Factum esse*
      - Impiè *quòd nec reuerentiâ Legis diuinæ, nec rationis additæ efficaciâ cohiberi potuit hic Pontifex. v.1.2.*
      - Seditiosè, *quòd contra exemplum & consensum populi fecerit. vers.3.*
      - Impudenter. *Impudentiæ nota colligitur ex quatuor circumstantijs (personâ, officio, causâ mouente, re ipsâ.) vers.4.5.*
      - Callidè, *calliditatis nota sumitur ab obseruatione occasionis (quæ erat absentia Nehemiæ.) vers.6.*
    - Remotio *mali, susceptæ*
      - Suo *aduentu (non per literas.) vers.7.*
      - Cognitâ *causâ. Ibid.*
      - Iudicio *lato. vers.8.*
      - Abolitione. *vers.8.9.*
  - Defraudatio *stipendiorum Sacerdotalium. Mali huius*
    - Notatio *ex*
      - Materia, *in qua sit commissum. vers.10.*
      - Effectu, *seu damno inde orto: λειποταξία, desertio officij. Ibid.*
    - Remedium *oppositum*
      - Verbis. *vers.11.*
      - Factis. *Ibid.*
  - Transgressio, Matrimonia, *&c. Vide literam A.*

- A. Transgressio Legis de Sabbatho:
  - Factum ipsum proponitur cum circumstantia
    - Temporis, loci & personæ. vers.15.
    - Rei per enumerationem partium. vers.15.16.
  - Remedium oppositum
    - Oratione invectiua. Eius
      - Exordium ex abrupto à facti definitione & qualitate vers.17.
      - Confirmatio ab exemplo maiorum. vers.18.
      - Conclusio ἀνάλυσις maioris calamitatis (vos additis, &c.) Ibid.
    - Facto ipso, quod enumeratione quadam ostendit. vers.19.20.21.
  - Effecta remedij. vers.21.22.
- Matrimonia cum alienigenis contracta. Obserua hic mali
  - Vim & magnitudinem quod, quale & quantum fuerit, (seu quod damnum dederis.) vers.23.24.
  - Abolitionem, in
    - Genere. Facta est hæc abolitio
      - Facto ipso, quasi manu admota. vers.25.
      - Oratione dissuasoriâ ab exemplo, seu comparatis, à maiori: Si Solomon ea in re peccauit, &c. Amplificat autem adhibitis vtrinque circumstantijs. vers.26.27.
    - Specie, nominato vno ex transgressoribus. vers.28.

ESDRÆ LIBER APOCRYPHVS PRIOR, QVI VVLGO TERTIVS APPELLATVR DE restaurata Iudæorum politia, post captiuitatem Babylonicam.

- REGNI & Templi Hierosolymitani
  - Euersio, quando (sub quibus Regibus, Iosiana minimum & filijs quatuor, Regni successoribus impijs & calamitosis) à quibus, cur, quomodo facta sit, exponitur. Cap.1.
  - Restauratio. Eius
    - Antecedentia siue initia & causæ efficientes
      - Instrumentales: Reges Persarum duo:
        - Cyrus, ad promouendam hanc restaurationem diuinitùs inspiratus. Vt enim hic Iudæis copiam fecit reditus in patriam: ita Cambyses illius filius, Templi & Vrbis instaurationem inhibuit. Cap.2.
        - Darius humanitùs ad opus illud excitatus aulicâ συζητήσει de re fortissima. H' τῆς συζητήσεως
          - Αφορμὴ, occasio & personæ disceptantes, Vbi, coram quibus, & quo præmio, &c. Cap.3.
          - Διήγησις, ipsa problematis discussio, & diiudicatio. Cap.4.
      - Principes: Iudæi reduces Vrbem & Templum restaurant, tum propriis facultatibus, tum etiam auxilijs regijs adiuti. Cap.5.
    - Coniuncta: Imperante Dario, Hystaspis filio, Vrbis & Templi instauratio, diu impedita, rursus capta est. Cap.6.
    - Consequentia tria:
      - Dedicatio Templi, Paschatisq; celebratio. Cap 7.
      - Profectio Esdræ in Iudæam. Cap.8.
      - Correctio status œconomici, illicitis coniugij contaminati. Cap.9.

ESDRÆ

ESDRÆ APOCRYPHVS LIBER SECVNDVS, QVI VVLGO QVARTVS APPELLATVR.



Διατύπωσις historiæ de Regina Esthera.

- ESTHERAE
  - Fortuna: *Euehitur in Reginã Regni Perfici. Euectionis*
    - Occasio. *Cap. 1.*
    - Modus. *Cap. 2.*
  - Acta: *Liberat populum suum ab excidio. Liberatio hæc narratur instar Comistragediæ, cuius tres sunt partes:*
    - Πρόθεσις: *Amanis exitiale in Iudæos consilium. Cap. 3.*
    - Ἐπίτασις
      - Generalis: *Communis Iudæorum luctus super decreto Regis, per fraudem surrepto. Cap. 4.*
      - Specialis: *Periculum vitæ, Mardochæo ab Amane creatum. Cap. 5.*
    - Κατάστασις
      - Mardochæi *euectio ad summas dignitates. Cap. 6.*
      - Amanis *interitus. Cap. 7.*
      - Hostium *reliquorum cades*
        - Impetrata. *Cap. 8.*
        - Perpetrata. *Cap. 9.*
      - Populi *Iudaici status tranquillus & felix. Cap. 10.*

CAPVT I.

Ἀφορμὴ euectionis, est conuiuium Regis Assueri.

- CONVIVII splendidissimi
  - Causæ:
    - Efficiens: *Personæ conuiuantes, tum*
      - Ἐνάρχης: *Rex Assuerus. Eius*
        - Potentia. *vers. 1.*
        - Sedes *Regia. vers. 2.*
      - Ἡγεμόνες *sunt partim*
        - Proceres *Regni vers. 3.*
        - Ciues *Susiani. vers. 5.*
    - Finis. *vers. 4.*
    - Materia & apparatus
      - Aulæolorum, Lectulorum, Habitationum. *vers. 6.*
      - Poculorum *poculentorumque. vers. 7.*
    - Forma: *Ex Regis mandato quisque pro libitu bibebat. vers. 8.*
  - Accidentia:
    - Locus
      - Communis: *Susa metropolis. vers. 2.*
      - Proprius, *in quo excepti sunt*
        - Ciues *Susiani. vers. 5.*
        - Proceres *Regni. vers. 6.*
    - Tempus *conuiuij exhibiti*
      - Proceribus *Regni. vers. 3. 4.*
      - Ciuibus *Susianis. vers. 5.*
    - Motus
      - Actiuus: *Superbia Reginæ Vasthi*
        - Exhibentis *conuiuium Gynæceo, Aulicorumque uxoribus & filiabus. vers. 9.*
        - Vocatę *in Regis conuiuium*
          - Quando, *& per quos. versu 10.*
          - Cur. *vers. 11.*
        - Renuentis *comparére & parére Regi. vers. 12.*
      - Passiuus: *Repudiũ eiusdem. Observa autem quomodo repudiata sit: nimirum*
        - Habito *priùs consilio. Deliberationis*
          - Προβούλευμα *facti*
            - A quo. *vers. 13.*
            - Quibus. *vers. 14.*
            - Super *qua re. vers. 15.*
          - Ἀξίωμα, *decisio, & sententia Principũ Septemuirorum*
            - Κατηγορία: *Quâ fastus & contumacia Reginæ Vasthi exaggeratur, ab effectu, quòd res mali exempli futura sit. v. 16. 17. 18.*
            - Κατασκευή, *vt Vasthi repudietur, Regnoque deturbetur. vers. 19.*
            - Συμβούλευσις, *de proclamando hoc seueritatis exemplo, passim in omnib. Regni partibus. vers. 20.*
        - Promulgatã *Lege in exemplũ cæteris uxoribus. vers. 21. 22.*

CAPVT

CAPVT II.

Modus euectionis, quomodo in Reginam assumta sit.

ASSVMPTIONIS huius

- Πρῶτον: Cōsilium de alia coniuge ducenda Regi datum. Consilij
  - Causa αἰτιολογικὴ: Maestitia Assueri, quem (factum, cum decreti grauitate comparantem) pœnitet repudij. vers. 1.
  - Authores. vers. 2.
  - Ministri, ad executionem consilij deputandi. vers. 3.
  - Res, seu materia. Ex omnibus virginibus eligatur Regi coniunx. vers. 4.
- Μετὰ τοῦτο: Delectus Virginum habitus: inter quas Esther electa est in Regis
  - Gynæceū: Occurrit hic Estheræ εὐσυνοπτογραφία:
    - Genus & cognatio. vers. 5. 6.
    - Nomen: Hedassa. vers. 7.
    - Cognomen: Esther. Ibid.
    - Formæ elegantia. Ibid.
    - Fortuna
      - Aduersa: Orbitas. Ibid.
      - Secunda:
        - Dignitas & splendor, quòd ex paupere & orphana assumitur in Regis Gynæceum. vers. 8.
        - Ornatus & comitatus Regius. versu 9.
    - Mores: Obedientia erga patruum Mardochæum. vers. 10. 11.
  - Cōiugium cōtractum
    - Quando. Tempus notatur in
      - Genere: Vbi describitur Regiarum coniugū præparatio, atque emundatio. Huius
        - Tempus: Spatium duodecim mensium. vers. 12.
        - Modus consistit in
          - Ornatu pigmentario & vestiario. vers. 12.
          - Comitatu. versu 13.
        - Finis: Vt sic præparatæ atque emendatæ venirent in complexum Regis. vers. 14.
      - Specie. vers. 16.
    - Quomodo. Huc pertinent
      - Sponsalia, quorum symbolum erat Diadema Regni Estheræ impositum, vt loco repudiatæ Vasthi, esset Regia coniunx. vers. 17.
      - Solennitas nuptiarum. vers. 18.
      - Tributa eo anno remissa, vt Reginæ apud subditos & fauorem, & authoritatem conciliaret.
- Ἔπειτα:
  - Estheræ mores, postquam in Regiam coniugem euecta est. Grauitas & constantia in obseruando & colendo educatore suo Mardochæo. vers. 19. 20.
  - Assueri Regis fortuna. Narratur enim conspiratio quorundam Aulicorum in Regem
    - Facta à quibus. vers. 21.
    - Detecta à Mardochæo per Estheram. vers. 22.
    - Vindicata, & in Annales relata. vers. 23.

CAPVT III.

Πρόθεσις huius actus de Iudæis delendis.



CAPVT IV.

Luctus & ieiunium omnium Iudæorum.



CAPVT

CAPVT V.

Periculum Mardochæi.



CAPVT VI.

Euectio Mardochæi.

- Ἀφορμὴ, est ἀναγνωσις Annalium. Rex enim fugiente per noctem somno, recognoscit in
  - Genere: *Annales regiæ suæ administrationis. vers. 11.*
  - Specie: *Mardochæi beneficium*
    - Præstitum *in conseruanda Regis incolumitate. vers. 2.*
    - Non *recompensatum Mardochæo. vers. 3.*
- Minister: *Aman, eius sine* λογισμός. *Summo enim manè in Aulam aduolat, vt à Rege impetraret potestatem suspendendi Mardochæum. vers. 4. 5.*
- EVECTIONIS
  - Modus euehendi deliberatus:
    - Πρόνοια Regis αὐαζητικὴ. *Nam suppresso Mardochæi nomine, Amanem consulit, quomodo sit ei beneficium rependendum. vers. 6.*
    - Ἐκζητησις συμβουλικὴ Amanis, *subijcitur Regi omnes circumstantias conferendi honores: vt*
      - Persona *honore afficienda, idq; facit* λόγῳ
        - Ἐνδιαθέτῳ. *vers. 6.*
        - Προφορικῷ. *vers. 7.*
      - Res *& ceremonias, tanquam materiam honoris. vers. 8.*
      - Ministros, *per quos honore afficiatur. vers. 9.*
  - Περιπέτεια:
    - Regis *mandatum de honorando Mardochæo. vers. 10.*
    - Amanis: *Executio Regij mandati. vers. 11.*
  - Ἔκβασις:
    - Tristitia *& consternatio Amanis. vers. 12.*
    - Præsagium *amicorum, à quibus Amani tristis euentus denunciatur. vers. 13. Sumunt autem coniecturam ab anteactis: quasi dicant; Quandoquidem tibi cum hac gente res est, actum est de te. Nam illos à Deo suo euehi, & aduersarios illorum impediri & deijci, cùm res anteacta, (à temporibus Cyri huc vsque) ostendunt, cum insperata huius hominis euectio. vers. 14.*
    - Abductio *Amanis ad conuiuium Regis. Ibid.*

CAPVT VII.

Interitus Amanis.

- INTERITVS
  - Ἡγεμὼν:
    - Oratio *Esthera*
      - Παραινετικὴ. *Deprecatur enim truculentum decretum contra populares suos per fraudem ab Amane surreptum. Orationis huius*
        - Ἀφορμὴ præbita, *seu oblata*
          - Vbi *& quando. v. 1.*
          - A quo, *& quomodo. vers. 2.*
        - Ἰδέα, *seu exemplar:*
          - Exordium *à sua persona, & rei aquitate. vers. 3.*
          - Propositio, *quâ exponit postulatum suum de sua & populi sui incolumitate. Ibid.*
          - Confirmatio. *v. 4.*
          - Amplificatio *superioris rationis à comparatione facti hypothetica, & ab vtili. vers. 4.*
      - Κατηγορικὴ Eius
        - Forma: *Amanem sanguinolenti decreti authorem accusat. vers. 5.*
        - Effectus in
          - Amane: *Obstupefactio. vers. 6.*
          - Rege: *Indignatio, quòd Aman beneuolentiâ sua abusus, tam crudele decretum sub ipsius nomine publicâsset, quòd neque rectè confirmari, neque suis commodè aboleri posset. vers. 8.*
    - Condemnatio *Amanis, cuius signum erat capus à ministris velatum. ver. 8.*
    - Pronunciatio *sententiæ capitalis. vers. 9.*
  - Μίσθωσις ὑπηρετικὴ. *Supplicium de Amane sumptum quod, & quale. vers. 10.*

CAPVT

CAPVT VIII.

Cædes hostium Iudaici populi concessa edicto Regio.



CAPVT IX.

Internecio hostium populi Iudaici.

- Tempus. *vers.* 1.
- Causæ *adiuuantes*: Metus *Toparcharum in Prouinciis Regni. vers.* 2. 3. / Authoritas & potentia *Mardochæi in Aula Persica. vers.* 4.
- Personæ
  - Agentes. *vers.* 5.
  - Patientes *in* Genere. *vers.* 2. 3. 6. 15. 16.
    - Specie: *Filij Amanis à Iudæis*
      - Trucidantur, *Qui & quot. vers.* 7. 8. 9. 10.
      - Suspẽduntur (*ad execrationem & exemplum*)
        - Quando. *vers.* 11.
        - Quâ occasione. *Numero interfectorum oblato*
          - Regi. *vers.* 11.
          - Reginæ. *vers.* 12.
        - Quib⁹ *auxilijs*
          - Reginæ *petitione, quæ cupiebat exemplum seueritatis atrocius constitui. vers.* 13.
          - Regis *mandato. vers.* 14.
- Locus *in*
  - Metropoli *Susorum. vers.* 6. 15.
  - Prouinciis, *Vrbibus & Pagis Regni Persici. vers.* 16.
- Numerus *interfectorũ*
  - Specialis: *Qui & quot occisi sint in Susis die decimo*
    - Tertio. *vers.* 6.
    - Quarto. *vers.* 15.
  - Generalis *omnium hostium, à Iudæis trucidatorum. vers.* 16.
- Modus: *Etsi Iudæis à Rege permissum erat, hostes occisos spoliare, eorumque facultates diripere: tamen consultò sibi à præda temperárunt, rationem habentes Legis Dei, quæ vetabat derinari in filios iniquitatem parentum, Deuter.* 24. *Peccatorum verò Amanis alia fuit ratio, quorum excidium Deus imperauerat. Exod.* 17. *Deut.* 25.

Coniuncta *sunt ut in exemplis* — INTERNECIONIS

Consequẽtia: *Festum Purim seu Sortium*

- Institutum: Tempus *celebrandi hoc festum vsitatũ Iudæis, & habitantibus in*
  - Pagis. *vers.* 17. 19.
  - Vrbibus. *vers.* 18.
- Modus *& res in hoc festo peragendæ. vers.* 17. 19.
- Author *istius consuetudinis, scripto comprehensæ. vers.* 20. *ad* 29.
- Receptum
  - A' quibus. *vers.* 23.
  - Cur: ἀναμνήσεως ἕνεκα, *vt esset memoriale admiranda liberationis diuinæ: Qua de causa subnectitur ἀνάπτυξις totius historiæ. à vers.* 24. *vsquè ad* 29.
- Confirmatum *à Regina Esthera. vers.* 29. *ad finem Capitis.*

CAPVT X.

Iudæorum status post liberationem qualis fuerit.

POPVLI Iudaici

- Immunitas *à tributo Regis vers.* 1.
- Tranquillitas *propter*
  - Regis *Assueri potentiam & clementiam erga Iudæos. vers.* 2.
  - Mardochæi *administrationem, à Rege commissam: quâ illo suis gratificatur, & consulit. vers.* 3.

Ἀποχαιρετισμὸς libri Tobiæ.

Πρόοιμον de instituto vitæ, quod Tobias secutus est: primùm in patria viuens: deinde etiam in Assyriam deportatus. Summa est: Fuit in Deum pius, eius cultui constanter adhærendo, & officiosus in fratres, ipsos facultatibus suis adiuuando, & sepulchris honestando. Cap. 1.

Ἔπιτιμον de rebus Tobiæ aduersis: vtpotè exilio, amissione facultatum, (de quibus Cap. 1.) cæcitate & sarcasticâ irrisione, cum à cognatis, tum etiam ab vxore profectâ. Cap. 2.

CAPVT & summa totius Historiæ est instar Comœdiæ cuiusdam, cõstat

- Causæ:
  - Efficiens: Instrumentalis ad obeundam peregrinationem, est Angelus Raphael comes itineris
    - Impetratus diuinitùs, precibus Tobiæ patris, & Saræ viduæ. Cap. 3.
    - Conductus operâ Tobiæ filij. Capite. 5.
  - Finis: Repetitio pecuniæ mutuo datæ Gabeli. Pecuniæ reposcendæ
    - Delegatio, cui, à quo, quando, & quomodo facta. Cap. 4.
    - Executio per quẽ suscepta. Cap. 9.
- Ablegatio in Mediam, ad vrbẽ & Reges, quã Geographi κατ' ἐξοχὴν vocant Ecbatana. Peregrinationis huius
- Accidẽ ia, quid in ista peregrinatione Tobiæ contigerit. Motus illi accidentales alij sunt
  - Passiui. Coniugum Tobiæ cum Sara Raguelis filia. Huius coniugij
    - Ὑπόθεσις duo:
      - Ambitus, Tobiæ persuasus à tuto & prospero rei euentu. Cap. 6. ἀνάγνωσις de vsu partium vitalium piscis à Tobia ad ripam Tigridis capti.
      - Sponsalia facta. Cap. 7.
    - Ἀπορία, quid ipso nuptiarum tempore Sponso, sponsæque, vt & ipsius parentibus dictũ gestúmve sit. Cap. 8.
    - Ἐπίλυσις:
      - Dimissio τῶν χρημάτων, quando, à quo, cur, & quomodo impetrata. Cap. 10.
      - Repotia celebrata, vbi, & cum quibus Cap. 11. ἀπιμέλεια de Tobiæ seniore per filiũ, &c.
  - Actiui, vt est,
    - Ἀναγνώρισις Angeli. Capite 12.
    - Δοξολογία Tobiæ, quâ is pro felici coniugio & reditu filij gratias agit IEHOVAE Cap. 13.
- Antecedentia. Filij Tobiæ
  - Καλαστροφὴ ἢ εὐπτωσία, commutatione fortunæ in melius. Tobias enim à Deo rursus benedicitur, visu recipiens, videns filium cum nuru aduentantem, & sobolem numerosam habens ex ijs: quibus moriens benedicit. Mortis
  - Instructio, vel potius paterna admonitio de ratione benè beatéq; vivendi. Cap. 4. 13. 14.

Consequentia & coniuncta: Tobiæ senioris obitus cum oratione ἐπιτάφιος de obedientia erga parentes, de euersione Niniues, de restauratione Hierosolymæ, &c. Iunioris verò pietas erga matrem, & migratio ad Socerum: tandem etiam mors & posteritas laudata. Cap. 14.

Διανεμητικὸς libri Iudithæ.

Historia Iudithæ de Nebucadnezare, (quẽ Scriptura proprio nomine Merodac Baladanem vocat) Rege, p Holofernem, potentissimarũ copiarum Ducem Iudææ infestãte, Bethuliãque obsidente, instar tragœdiæ cuiusdam, habet

- Initium dulcissimum, propter res feliciter gestas à
  - Rege ipso. Victoria de Rege Medie reportata. Cap. 1.
  - Duce eius. Huc pertinet
    - Vastatio & depopulatio Armeniæ & Syriæ. Cap. 2.
    - Deditio atque subiectio Regum & Principum antea rebellantium. Cap. 3.
    - Obsidio Bethuliæ suscepta
      - Cur: Quia soli Iudæi ex omnibus illis nationibus ad defendendam patriam resistebant armis & precibus. Cap. 4.
      - Quomodo: Thrasonicè. Achior enim Ammonitarum Princeps, ab ista obsidione dehortans, contumelioſè accipitur ab exercitu Assyriaci
        - Ducibus & Centurionibus, vim mortemque ipsi intentantibus. Cap. 5.
        - Imperatore ipso, Achiorem illum ad Iudæos releganteCap. 6.
- Exitum tristissimũ obcæsum Ducem. Cadit
  - Ἡγάθρια, hoc est, initia & causæ
    - Κινηλικά. Nam causa mouens efficientem ad tam arduum & periculosum facinus aggrediendum, erat desperatio Senatus, populique Bethuliensis. Cap. 7.
    - Ποιητικὴ. Efficiens causa istius fucinoris est Iuditha, vidua. Eius
      - Magnanimitas, quam satis luculenter ostendit, cùm oratio ipsius μετριοπαθὴς ad constantiam & patientiam, tum etiam considerata susceptio periculi, pro populi sui salute adeundi. Cap. 8.
      - Pietas elucens ex precibus ad Deum fusis. Cap. 9.
      - Prudentia in decipiendo
        - Excubitores, seu custodes castrorum. Cap 10.
        - Ducem ipsum, Holofernem. Cap. 11.
        - Eunuchum eius. Capite 12.
  - Μίσον: Holofernes, suo ipsius gladio à Iudithæ iugulatus, obtruncatur. Cap. 13.
  - Ἐπίδομα, quid deinceps euenerit
    - Victis, utpotè
      - Duci, Holoferni: Caput eius in muro suspensum, &c. Cap. 14.
      - Militibus: Hi in fugam coniecti, victoribus amplissimam prædam relinquunt. Cap. 15.
    - Victrici matronæ, Iudithæ: ἐπινίκιον cantatum: triumphus in ipsius honorem Hierosolymis actus: authoritas nominisque celebritas inde conciliata. Cap. 16.

Ἀνακεφαλαίωσις primi Macabæorum libri.

Ἐπίδειξις, demonſtratio, ſiue laudatio Principum quorundam Iudæorum, populares ſuos à tyrānide vindicantiū, qui ab inſcriptione vexilli, quatuor his literis, M. C. B. I. (more Romanorum) inſigniti, vna voce dicuntur Macabæi. Atque id nominis ſortiti ſunt, tum

- Filij tres:
  - Parens Mathathias. Deſcribitur hic à
    - Fortuna aduerſa. Vixit enim tempore calamitoſo: nimirum ſub Antiocho Epiphane, (quem vulgus propter tyrannidem Epimanem appellabat) Syriæ Rege crudeliſſimo, qui Templo Hieroſolymitano ſpoliato, vrbeque deuaſtata, Eccleſiam & Rempublicam Iudæorum funditus euertere conabatur. Cap. 1.
    - Moribus (Pietate erga patriam, Zelo pro Lege Dei, Conſtantiâ in vera religione) & obitu cum oratione παραινετικῇ ad filios ſuperſtites θεοσεπτικῇ. Cap. 2.
  - Iudas. Huius
    - Πολεμικὴ. Bellum ab ipſo geſtum contra Syriæ Regem
      - Antiochum
        - Epiphanem. Belli huius
          - Apparatus ex vtraque parte. Cap. 3.
          - Geſtio, quomodo, & quâ fortuna Iudas cum Lyſia & Gorgia Antiochi Ducibus, pugnârit, docet Cap. 4.
          - Euentus atque effectus. Iudas enim iſtâ victoriâ vſus, etiam vicinos Idumæorum & Ammonitarum populos reprimit. Cap 5.
        - Eupatora: Hunc Iudas ad petendam pacem coëgit: quamtamen Rex paulo poſt perfidè fregit. Cap. 6.
      - Demetrium Soterem, cuius exercitus vnà cum Duce Nicanore ad internecionem à Iudæ Macabæo cæſi ſunt. Cap. 7.
    - Ἱερατικὴ: Reſtauratio Templi Hieroſolymitani, cultuſque diuini. Cap. 4.
    - Πολιτικὴ: Fœdus cum Romanis initum. Cap. 8.
    - Εὐθανασία: Mors clara (pro Lege & Grege oppetita in prælio cum Bacchide commiſſo) morteméque conſecuta: Defuncti ſepultura, luctus, & ſucceſſor. Cap. 9.
  - Ionathas. Eius
    - Fortuna:
      - Secunda: Fœdus & amicitia Regis
        - Alexandri Epiphanis. Cap. 10.
        - Demetrij Nicanoris, & Antiochi Sedetis. Cap. 11.
      - Aduerſa: Nam dolo circumuentus capitur à Duce Tryphone, in vrbe Ptolemaide. Cap. 12.
    - Acta. Vincit Demetrij Duces, Bacchidem, (Cap. 9.) & Apollonium, (Cap. 10.) Regem ipſum defendit contra Antiochum Sedetem, (Cap. 11.) Renouat fœdus olim cum Romanis & Spartanis initum. (Cap. 12.)
    - Interitus quidem miſerandus, ſepultura autem ſplendidiſſima. Cap. 13.
  - Simon. Simonis huius
    - Τάξις, ſiue conditio. Simon enim propter res præclarè geſtas, loco fratris Ionathæ, Dux & Pontifex à populo Iudaico eligitur, atque à Rege Demetrio confirmatur. Cap. 14.
    - Πρᾶξις: Gazam expugnat, & Sion occupat. (Cap. 13.) fœdus cum Antiocho Sedete init. (Cap. 15.)
    - Εὐτυχία: Clientela Simonis, populique Iudaici à Romanis, aduerſus omnes vicinos Reges & Principes, ſuſcepta. Cap. 15.
    - Obitus: Simon cum duobus filijs, in conuiuio, à genero ſuo nefariè occiditur. Cap. 16.

Ἀναπεφαλαίωσις secundi Macabæorum libri.

- STATVS Iudaicæ Ecclesiæ post captiuitatem Babylonicam, sub Græcorum Monarchia, à fine Seleuci Philopatoris ad tempora vsque Demetrij Soteris. Cæterùm status ille describitur, quoad Ecclesiæ
  - Res, hoc est, Templi tùm ornamenta, tum instrumenta, quomodo conseruata sint, post vrbis Hierosolymitanæ
    - Euersionē. Nam
      - Ignis perpetuus per Sacerdotes in exilium abeuntes absconditus in puteo: postea verò per Neemiam reducem repertus, non sine miraculo, aquæ in ignem mutatæ. Hanc Epistolam διγραφὴν praecedit alia, eaque ἀντιγραφὴν ad Iudæos in Aegypto versantes de obseruanda Scenopegia. Cap. 1.
      - Tabernaculum, Arca, vel Altare, per Hieremiam Prophetam occultatum in monte quodam. Narrationi huic subiungitur communis reliqui libri præfatio. Cap. 2.
    - Restaurationem: Thesaurus sacer diuinitùs custoditus atque defensus, ne ab Heliodoro diriperetur. Cap. 3.
  - Personas considerat
    - Seorsim, quatenus aliæ sunt
      - Publicæ: Pontifices quinque de Pontificatu non dolo tantùm, furtis & largitionibus, sed vi & armis etiam dimicantes. Cap. 4.
      - Priuatæ. Martyres
        - Adulti: Eleazar vnus ex primoribus Scribis. Cap. 6.
        - Iuuenes: Fratres septem, vnà cum matre martyrio affecti. Cap. 7.
    - Coniunctim. Totius Ecclesiæ Iudaicæ
      - Persecutio grauissima, sub Antiocho Epiphane. Nam capta Vrbe, Temploque spoliato, Iudæi religionis causâ, passim sine sexus & ætatis discrimine trucidabantur. Cap. 5.
      - Defensio à Iuda Macabæo suscepta aduersus Antiochum
        - Epiphanem. Huius
          - Exercitus & Duces à Iuda Macabæo profligati. Cap. 8.
          - Interitus fœdissimus. Cap. 9.
        - Eupatora. Bellum hoc
          - Inchoatum ab Eupatoris Regis
            - Duce Timotheo, qui in pugna cum Macabæo commissa occubuit. Cap 10.
            - Procuratore Lysia, quem Iudas ad pacem petendam coëgit. Cap. 11.
          - Continuatum à multis & variis eiusdem Regis Ducibus atque Præfectis, quos omnes Macabæus partim repressit, partim omninò delenit. Cap. 12.
          - Consummatum ab ipso Rege. Vires enim Iudæorum aliquoties expertus, cum eis rediit in gratiam. Cap. 13.
        - Demetrium Soterem, eiusq; Ducem Nicanorem. Ducis huius
          - Acta cum Iuda Macabæo. Cap. 14.
          - Fortuna aduersa. Nam acie victus, vnà cum vita etiam exercitum dimisit. Cap. 15.

ANALY-

ANALYSIS
LIBRORVM NOVI TESTAMENTI HISTORICORVM: NIMIRVM QVATVOR EVANGELISTARVM, ET ACTORVM APOSTOLICORVM.

Διαίρεσις noui Testamenti, sumpta ex materia & obiecto.



Προκατασκευὴ Euangeliſtæ Matthæi.

- **Loci** personam Chriſti Seruatoris noſtri demõſtrantes, ſunt potiſſimùm quinque:
  - Natales: *Chriſti Seruatoris maiores & parentes & ortus. Cap. 1.*
  - Educatio: *Bethlehemitica, Aegyptiaca & Nazarethana. Cap. 2.*
  - Res geſtæ in miniſterio, ſiue officio ſuo
    - Ἀρχιερατικῶς: *Sacerdotali. Chriſtus enim verus atque vnicus Μεσίτης ἀνθρώπων inter Deum & homines conſtituitur & inauguratur, publica Ioannis Baptiſtæ promulgatione, & ſolenni προσευχῇ ad Iordanem facta. Cap. 3.*
    - Βασιλικῶς, Regio. *Nam iſtar potentiſſimi Regis vincit tentationes Sathanæ: pellit tenebras mortis luce Euangelij per vocatos Apoſtolos: & profligat grauiſſimos morbos. Cap. 4.*
    - Καθηγητικῶς, ſeu Prophetico. Hoc obijt
      - Solus,
        - Docẽdo: *Sermo Chriſti in monte habitus de vera pietate hominis Chriſtiani. Pietatis*
          - Cauſa *finalis (Beatitudo.) Efficiens organica (Miniſterium Eccleſiæ.) Materialis & Formalis, iuxta quã vita credentiũ eſt inſtituenda (vera & genuina Legis ſententia. Cap. 5.*
          - Adiuncta, *officia, ſiue exercitia: Eleemoſyna, Oratio, Ieiunium, & in genere ſtudiũ Regni cœleſtis. Cap. 6.*
          - Repugnantia, *remora & impedimenta: vt ſunt, temeraria iudicia ex φιλαυτίᾳ profecta: prætextus peccatorum ex ἀδυναμίᾳ intelligendi & præſtandi Legem: exemplũ mundi & promiſcuæ multitudinis: doctrina Pſeudoprophetarum. Cap. 7.*
        - Faciendo miracula, quibus doctrinam confirmauit. Δυναμοῤῥηξία Chriſti in vrbe Capernaitica
          - Ante traiectum lacus Genezareth-ani: *nempe miraculoſa curatio Leproſi, ſerui Centurionis, ſocrus Petri: item tempeſtas maris ſedata, & Dæmones duo ſæuiſſimi eiecti. Ca. 8.*
          - Poſt *reditum, ſiue διαπλοῦν per eundem illum lacum è finibus Gergeſenorũ. cuiuſmodi eſt, ſanatio Paralytici: inſtitutio vocationis Matthæi, & diſputationis de ieiunio: Reſuſcitatio Iairi filiæ: curatio Cæcorum duorũ, & Muti dæmoniaci. Cap. 9.*
      - Sociis & collegis adſciſcit: *Vocatio & ordinatio Apoſtolorum. Cap. 10.*
  - Autoritas & exiſtimatio Chriſti apud
    - Suos: *Prodromi Ioannis Baptiſtæ honorifica legatio ad Chriſtum miſſa: cuius occaſione ille laudatur: hic verò in contumaciam gentis Iudaicæ grauiſſimè inuehitur. Cap. 11.*
    - Alienos, eosq; tum
      - Sacros: *Sacerdotes, Scribas et Phariſæos, qui vt famam Chriſti longè lateq; ſparſam, aut omninò reprimerent, aut certè depecularentur, conferunt cum eo*
        - Σοφιστικῶς, *calumniandi ſtudio. Huc referenda eſt accuſatio violati Sabbathi: Crimen magiæ Chriſto intentatum: item tentatio eius potentiæ & zeli in cauſſa Religionis. Cap. 2.*
        - Ἐπιδεικτικῶς, *oſtentationis gratiã: pertinet huc concertatio Phariſæorum cum Chriſto, de traditionibus humanis (lotionibus, purgationibus, ciborumque diſcrimine.) Appendix de muliere Cananæa, & miraculoſa ſeptem panum. Cap. 15.*
      - Profanos
        - Subditos: *Applauſus & concurſus populi, quem Chriſtus παραβολικῶς erudiendum ſuſcepit. Cap. 13.*
        - Magiſtratus: *Regis Herodis de Chriſto iudicium: nam publico μετεμψυχώσεως errore ductus, putat Chriſtum eſſe Ioannem Baptiſtam rediuiuum, paulò antè in carcere decollatum. Cap. 14.*
  - Mors, &c. *Vide literam A.*

- Ἡμέρα sunt ea omnia, quæ à Christo dicta & facta sunt in eo itinere, quod instãte Paschate quarto, peragẽdæ nostræ redemptionis causã, Hierosolymã suscepit. Suscepta profectionis species formales sunt tres:
  - Ἀποδημία è Galilæa superiore, tanquã termino à quo. Narrat igitur Euangelista, quæ in itinere è Galilæa
    - Dicta sint, primò ab aduersarijs, flagitantibus signum cæleste: secundò, Discipulis, varia de Christo hominum iudicia referentibus: tertiò, Christo, mortem suam prænunciante, Discipulosque aduersus crucis scandalum confirmante. Cap. 16.
    - Euenerint Christo. Euenta
      - Bona & gloriosa. Transfiguratio, & quæ eam consecuta sunt. Cap. 17.
      - Mala & scandalosa: Ambitus & contentio Discipulorum de primatu: cuius occasione Dominus præscribit rationem excellendi in Regno suo per innocentiam, humilitatem, & mansuetudinem. Cap. 18.
  - Ὁδοιπορία, cõtinuatio itineris per Iudæã, terminum huius peregrinationis per quem. τὸ ὁδοιπορεῖν
    - Ἀναχώρησις: Sermones Christi de vita œconomica: videlicet de Coniugio, eiusque diuortio: liberorum educatione: re familiari, siue opibus: pietatis atque salutis remoris ac impedimentis. Cap. 19.
    - Παραχώρησις: Reprimit Christus ambitionem Discipulorum, cùm in genere omnium, (proposità parabola de Vinitoribus) tum in specie duorum, Iacobi & Iohannis filiorum Zebedæi: & tandem Ierichunte egressus, duobus cæcis visum restituit. Cap. 20.
  - Ἐπιδημία ad vrbem Hierosolymorum, videlicet susceptæ profectionis terminum ad quem. In hac ἐπιδημία considerãdi sunt potissimũ motus eius accidentarij, itque tum
    - Passiui: Christus, vrbem regiã & triumphali pompã ingressus, quomodo exceptus sit, cùm à suis quibusdam honorifica acclamatione ipsum prosequentibus, tum ab aduersarijs, inuidiã & æmulatione turgentibus. Cap. 21.
    - Actiui, qd Christus egerit in vrbe Hierosolymitana. Actiones aliæ sunt
      - Theoricæ & ἀγωνιστικαὶ: Disputationes Christi cum aduersarijs habitæ de nupijs Regijs: censu dando: carnis resurrectione: maximo Legis mandato: Messia, Filio & Domino Dauidis. Cap. 22.
      - Practicæ, atque illæ partim
        - Καταγγελτικαὶ τῆς ἀπολλυμένης: Phariseorum & Scribarum, cùm accusatio, tum condemnatio. Cap. 23.
        - Προφητικαὶ τῆς συμβαλλομένης, de Vrbis excidio, & consummatione seculi. Cap. 24.
        - Παραινετικαὶ καὶ παρορμητικαὶ ad vigilantiã, vi verã fide & pietate ad gloriosũ Domini aduentum parati, atq; instructi simus. Cap. 25.
- Μόρος τοῦ θανάτου
  - Πάσχων in horto (cui præmittuntur τινα προλεπτικὰ τῆς τελικῆς: Dei decretum, Pontificum inuidia, Iudæ auaritia, typi de Agno Paschali impletio) vna cum parte intimus, quid actum sit cum Christo in Concilio, coram Magistratu Ecclesiastico. Cap. 26.
  - Μίσει τὴν ἔμφυτον αὐτῷ ἡμερότητα. Passionis Dominicæ
    - Ἐπάσχων in Prætorio, coram Magistratu politico. Cap. 27.
    - Καταφορὰ in Golgotha, siue loco supplicij: Mors Christi, (quæ non erat vltimus passionis finis, sed quoddam ἀπαλλάγιον medium, per quod Christus ad maiora & meliora [gloriosam Resurrectionem & Ascensionem] cõscendit,) de qua eodem illo (cap. penult.
- Ἐπόμβα: Resurrectio à mortuis. Cap. 28.

CAPVT I.

Natales Christi secundùm carnem.



CAPVT

CAPVT II.

Educatio Christi: qua sorte Christus, iuxta carnem, adhuc puer, vsus sit apud exteros & domesticos.



CAPVT III.

Officium Christi Sacerdotale, quod in eo potissimùm consistit, vt Mediatoris partes agens, nos Deo Patri reconciliet, hoc est, charos & acceptos reddat.

- Nomine (*Ioannes, hoc est, gratiosus: vipotè Euangelicæ gratiæ primus præco*) & cognomine, *ab officio Baptismum instituendi sumpto.* verſ.1.
- Conditione: *Vox clamantis, &c. id est, Prodromus aduenientis Messiæ.* verſu 3.
- Moribus, *& quidem potissimùm à temperantia in victu & amictu.* verſ.4.
- Authoritate. *Singulari enim illâ & extraordinariâ vitæ austeritate Ioannes omnium oculos in se conieceras: idque concursus populi satis testatur.* verſ.5.

CHRISTVS vnicus Mediator & Pacificator inauguratur, atq; renunciatur

- Publicâ *acclamatione Ioannis Baptistæ, qui* ὑποφητικῶς *describitur à*
  - Rebus *gestis, quid Ioannes*
    - Fecerit: *Baptizabat τοὺς ἐξομολογουμένους τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν.* verſ.6.
    - Dixerit & docuerit. *Doctrinæ obiectum*
      - Reale: *Quid docuerit: Resipiscite, &c. Adhortatio ad resipiscentiam à necessario, seu præsenti occasione non negligenda.* verſ.2.
      - Personale: *quos docuerit. Notatur Auditorum mores depravati: ni mirum*
        - Hypocrisis. *Hæc occasionem præbet orationi Ioannis ὑποφητικῇ de officio resipiscentium. Orationis*
          - Exordium *à persona auditorum, quibus naturæ malitiam obijcit.* verſ.7.
          - Propositio ἠθικὴ: *Mores respondeant nouæ professioni, &c.* verſ.8. *Ferte fructum, &c.*
          - Refutatio *vanæ persuasionis de propria dignitate.* verſ.9.
          - Cõfirmatio, *quã minatur* παραβολικῶς: *sumpto argumento à similitudine arboris & fructus.* verſ.10.
        - Zelus *præpositus erga Ioannem, quẽ illi loco Christi habebant. Incidit ergo* ἐξέτασις τεχνικὴ, *virum Ioannes sit Messias. Negat hoc ipse Ioannes, & negationis causas adducit ab*
          - Aetate, *seu tempore: Ego Prodromus: ille me sequitur.* verſu 11.
          - Potentiâ: ἰσχυρότερος μοῦ ἐστι. *Ibid.*
          - Dignitate: *Non sum dignus, &c. Ibid.*
          - Officio
            - Baptizandi: *Meus Baptismus (inquit) externus est, illius internus.* verſ.11.
            - Administrandi *Ecclesiam: in quæ Christus agat vt Dominus: Ioannes vt seruus.* verſ.12.
- Solenni ἐπιφανείᾳ, *factâ ad Iordanem, cùm Christus baptizaretur.* τοῦ βαπτισθῆναι.
  - Συνεπόρευον:
    - Tempus verſ.13.
    - Locus. *Ibid.*
    - Modus. *Occurrit hoc loco* διαλογισμὸς *inter*
      - Ioannem *detrectantem partes baptizandi Filium Dei, Mundi Seruatorem, &c.* verſ.14.
      - Christum *vrgentem vt ita fieret vtriusque.* verſ.15.
  - Ἐπιφάνια, *ἃ οὐρανοῦ, tria:*
    - Apertio *cælorum.* verſ.16.
    - Descensus *Spiritus Sancti in specie columbæ. Ibid.*
    - Vox *Patris de Filio* μαρτυρία *totius generis humani.* verſ.17.

CAPVT

CAPVT IV.

Officium Christi Regium.



CAPVT V.

Officium Christi Propheticum, quod consistit in docendo.

OBSERVANDVM ergo est

- Vbi, & quos docuerit. *vers.1. Sermo Christi in monte habitus ad populum.*
- Quomodo, & quibus gestibus. *vers.2.*
- Quid: *Videlicet vera pietatis*
  - Causas; tum
    - Externas: *vt est*
      - Finis, *qui est summum hominis Christiani bonũ, sine beatitudo*
        - Pauperum, *qui nihil præsidij habent in rebus humanis: sed inermes ad solius Dei misericordiam confugiunt. vers.3.*
        - Lugentium, *honestè, certis, iustiq́; de causis: vt propter sua peccata: ob publica, vel priuata infortunia. vers.4.*
        - Mansuetorum φιλησυχίας ἕνεκεν, *etiam de iure suo cedentium. vers.5.*
        - Esurientium & sitientium: *hoc est, toto corde expetentium iustitiam, cùm politicam hanc, tum vel in primis æternam illam, in die Restitutionis omnium inchoandam. vers.6.*
        - Misericordiam, *non tantùm affectu, sed etiam effectu, studio, operâ, beneficijs. vers.7.*
        - Καθαροὶ, *quorum corda per fidem purificata (imputatiuè) indies etiam magis magisque renouantur per Spiritum Sanctum. vers.8.*
        - Εἰρηνοποιοὶ, *qui non solùm ipsi pacis & tranquillitatis studiosi sunt: sed insuper etiam alios dissidentes reconciliare studens. vers.9.*
        - Διδωγμένοι. *v.10. Beatitudinis huius subiungitur commendatio, quæ constat*
          - Προσώπου *per apostrophen & incrementum graduum persecutionis. vers.11.*
          - Κατασυρῇ *ab vsu & honesto. vers.12.*
      - Efficiens *organica, quæ est ministerium Ecclesiæ. Ministrorum est*
        - Docere *vera: Ratio est, quia sunt Sal terræ. vers.13. Requiritur ergo in Ministro doctrinæ acrimonia, sale condita ad certam vsilitatem.*
        - Viuere, *honestè. Hæc pars illustratur similib.*
          - Lucis. *vers.14.*
          - Oppidi, *quod ostendit*
            - Vbi, & quibus lucere debeant. *vers.15.*
            - Cur, & in quem finem. *vers.16.*
    - Internas: *Cuiusmodi est materia & forma, iuxta quam vita hominis Christiani instituenda sit. Occurrit hic Lex, eiúsque vera & genuina interpretatio. Partes eius sunt*
      - Προοίμιον ἀξιολογικὸν: *Non veni καταλῦσαι (docendo & faciendo contra Legem) sed πληρῶσαι Legem & Prophetas. vers.17. Coniectura autem illa sumitur à*
        - Definitione *Legis: quod sit ea æternum Dei decretum. vers.18.*
        - Consequentibus *pœnis, & præmijs eorum, qui Legem dictis & factis, vel soluunt, vel seruant. vers.19.*
      - Πρόκρισις, *vel potiùs ἔλεγχος, seu censura Christi de iustitia Pharisaica, cuius fundamentum erat falsa & adulterina Legis interpretatio. vers.20. Est ergo huius loci propositio: Mentem Legis altiùs expendendam, quàm interpretentur Pharisæi.*
      - Ἐξήγησις ὡς ἐν τύπῳ, *&c. Vide literam A.*
      - Ἐπίφορα: *Itaq; non consistendum est vobis in iustitia Pharisæorum & Scribarum, qui in externa Legis obseruatione hærentes τὸ ῥητὸν quidem Legis tuentur; à mente autem Dei Legislatoris, & Mosis scriptoris longissimè recedunt. vers.48.*
  - Adiuncta & exercitia. *Cap.6.*
  - Repugnantia. *Cap.7.*
- Quo euentu, sine effectu. *Cap.7. vers.28.29.*

- A. Ἐκ τοῖς ἀρχαίοις τοῦ τότε per Legem
  - Homicidij, vbi varia obseruanda veniunt:
    - Δικαίωσις, id est, traditio, siue interpretatio quinti Præcepti Pharisaica. verſ.21.
    - Ἐπανόρθωσις Christi, plures homicidij gradus constituentis, & vnicâ cædis appellatione quoduis odij & simultatis genus prohibentis. verſ.22.
    - Προτροπὴ ad mutuam reconciliationem sumpta à
      - Necessariò: Sine mutuâ reconciliatione non potes esse gratus acceptusq; Dei cultor, etiamsi pretiosissima quæque offeras. verſ.24.
      - Metu diuini iudicij. verſ.25.26.
  - Adulterij. Legis huius
    - Τρίτον. verſ.27.
    - Διόρθωσις vera & genuina de adulterio, non tam corporis, quàm etiam cordis, per concupiscentiam, cuius minister sit visus. Ibid.
    - Πόρισμα ex Lege ita deductum de Christiana mundities & vigilantia contra omnes concupiscentiæ occasiones & παραχρήσεις:
      - Πρότασις figurata: Charissimis quibuslibet non parcendum, si fiant irritamenta malorum. verſu 29.30.
      - Αἴτιον ab vtili, ex Medicorum ratione, qui docent, vno membro putrido sublato, reliquum corpus seruari incolume. verſ.29.30.
  - Diuortij. Huius abusus
    - Introductus per Scribas & Pharisæos. verſ.31.
    - Sublatus per Christum. verſ.32.
  - Periurij. Nota autem Legis de iuramentis latæ
    - Corruptionem. verſ.33.
    - Correctionem, cuius duæ sunt partes:
      - Ἀφορισμὸς iuramenti
        - Superflui. verſ.34.
        - Obliqui per creaturas. verſ.34. 35.36.
      - Θέσις simplicis affirmationis, vel negationis. verſ.37.
  - Talionis. Huius
    - Τρίτον ab officio Magistratus ad priuatas personas malè detortum. verſ.38.
    - Διόρθωσις vera & genuina: adeò non studendum esse priuatæ & virulentæ vindictæ, vt potiùs parati simus nouam iniuriam accipere, quàm veterem vindicare. Docetur hoc
      - Γενικῶς: Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν μὴ ἀντιστῆναι πονηρῷ. verſ.39.
      - Εἰδικῶς, vel potiùs ὑποδειγματικῶς, quibusdam casibus propositis. verſ.39.40.41.42.
  - Dilectionis. Obserua hic
    - Δόγμα Pharisaicum. verſ.43.
    - Ἐπανόρθωσις Christi, præcipientis etiam ἐχθροφιλίαν. Huius duæ sunt partes:
      - Πρότασις amplificata certis circumstantijs, quas inimicos, & quomodo diligere deceat. v.44.
      - Κατασκευὴ à
        - Relatis: Qualis pater, tales oportet esse liberos. verſ.45.
        - Comparatis: Præstare oportet Dei filios, huius seculi filijs. verſ.46.47.

CAPVT VI.

Veræ pietatis adiuncta, officia, & exercitia tria: sub quibus reliqua omnia comprehenduntur.

- PIETATIS
  - Adiuncta tria:
    - Eleemosyna, *sub qua omnia dilectionis officia complectitur. Docet autem Christus, quid in erogandis illis debeat*
      - Caueri: *nimirum ambitio hypocrisis, & ostentatio, quam suus dissuadet ab*
        - Effectu. *Ambitio enim eleemosynas reddit irritas. vers. 1.*
        - Exemplo *hypocritarum in forma & fine eleemosynæ præstandæ peccantium. vers. 2.*
      - Fieri:
        - Propositio: *Summâ cũ modestiâ, & citra omnem ostentationem exercenda est beneficentia. vers. 3. Locutio figurata ex vulgi consuetudine.*
        - Ratio *à consequenti vtilitate. vers. 4.*
    - Oratio, *quæ fidem, &c. Vide literam A.*
    - Ieiunium, *quò referri debet carnis disciplina, & omnia, quæ vitæ sanctitatem concernunt. Constat autem & hæc tractatio contrarijs locis*
      - Fugiendorum: *Nam Pharisaicam ieiunandi rationem vituperat à persona scenica, formâ hypocritica, & fine adulterino. vers. 16.*
      - Faciendorum. *Commendat enim & præscribit nobis verum & legitimum ieiunãdi modum, finem, atque effectum. vers. 17. 18.*
  - Repugnantia, *ex quibus præcipuum est, cura rerum terrenarũ, quam Christus eximere conatur multis, vtque grauissimis argumentis:*
    - Θησαυρισμὸς οὐρανίος: *Ne reponatis vobis thesauros in terris: sed recondite in cœlis. vers. 19. 20.*
      - Difficili *custodia. Difficilè enim custoditur, quod à multis appetitur. vers. 19.*
      - Turpi, *quod astruitur ex*
        - Coniunctis, *siue connexis: Vbi thesaurus, ibi cor: At corda debentur Patri cœlesti. Ergo ibi colligendi sunt thesauri, non in terra. vers. 21.*
        - Ἀναλογίᾳ *per comparationem à maiore. vers. 22. 23.*
      - Impossibili. *vers. 24.*
      - Inutili. *vers. 27.*
      - Tuto. *Constat hoc præceptum*
        - Ἀναιρετικῶς *propositionis. v. 25.*
        - Κατασκευαστικῶς
          - Facultatis, *à creatione animæ & corporis. vers. 25.*
          - Voluntatis *à*
            - Victu *animi. vers. 26.*
            - Amictu *florum. vers. 28. 29. 30.*
        - Ἐπιφορᾷ. *vers. 31.*
      - Inhonesto. *vers. 32.*
      - Stulto *& superuacaneo. vers. 34.*
    - Ἐπεξεργασία *posterioris partis (vers. 20. propositæ) de ratione colligendi & recondendi thesauros cœlestes. vers. 33.*
    - Ἔκθεσις *prioris propositionis (Ne reponatis) dissuadetur à*

A. Oratio

A.
Oratio, quæ fidem in Deũ & totum eius cultum continet. Huius exercitij tractatio constat

- Λόγος & ἐπαναγνώσεις vitiosæ orandi
  - Formæ, quoad: Locum, — / Gestus, / Finem, &c. — versſ. 5.
  - Materiæ, & quantitatis: βαττολογία. Hanc Christus vituperat, vt
    - Ethnicam, ideoque turpem, & homine Christiano indignam. versſ. 7.
    - Falsam. Opinantur enim preces apud Deum multitudine verborum plurimùm iuuari. Ibid.
    - Inutilem. Est enim Deus Pater omniscius, scit, imò præscit, quibus egeamus. versſ. 8.
- Θεῖος veri & legitimi
  - Loci & obiecti, Vbi orandum sit, & ad quem oratio debeat dirigi. versſ. 6.
  - Modi: Orationis Dominicæ
    - Exordium εὐπροσδιόριστον, quo nosmetipsos excitamus cum fide & spiritu orare. versſ. 9.
    - Narratio rerum petendarũ, quarum aliæ pertinent ad
      - Dei gloriam
        - Introducendam. versſ. 9. Sanctificetur, &c.
        - Amplificandam. versſ. 10. Adueniat, &c.
        - Consummandam & absoluendam. versſ. 10. Fiat voluntas, &c.
      - Hominum salutem, quoad,
        - Animum, vt est
          - Remissio peccatorũ. Remissionis
            - Diuinæ signum, sine nota & effectus. versſ. 12.
            - Humanæ, sine fraternæ necessitatis. versſ. 14, & 15.
          - Innouatio Spiritus aduersus peccata committenda. versſ. 13.
          - Liberatio à malis (Sathanæ insidijs, Mundi fallacijs, carnisq; illecebris, tanquam causis peccatorum.) Ibid.
        - Corpus: Bona corporis & fortunæ. versſ. 11.
    - Confirmatio παρακλητικὴ à Dei potentia & voluntate, quòd possit, & velit nos voti compotes facere: Quia non tantùm vt Rex potentissimus imperium habet in omnes creaturas: sed etiam vult celebrari, & hanc laudem apud homines obtinere, quòd sit Deus, & Pater benignissimus. versſ. 13.
    - Epilogus, vno constans verbo: Amen, quod est nota certitudinis. Ibid.

CAPVT VII.

Repugnantia, remoræ, & impedimenta pietatis & salutis.

- **Intrinseca: cuiusmodi est**
  - Φιλαυτία, quâ sui, vt cæteroru[m] vitijs curiosè obseruandis, & temerè iudicandis occupamur, nostra negligamus. Hanc peruersitatẽ Christus grauiter reprehendit:
    - Πρόσωπον ἀναγκαῖον: Ne iudicate (temerè & præcipitanter, & quidem extra vocationem, nullâ cogente necessitate.) vers. 1.
    - Καταμονὴ ἐν Ϝ
      - Καταδικάσθητε, sine metu talionis. vers. 2.
      - Αἰτιολ. Tale enim iudicium est ἀπρεπές. Nam potest fieri, vt tu maiori malo labores, quàm proximus. Qui autem maioribus obnoxius est vitijs, non debet iudicare eum, qui minoribus tenetur. vers. 3. 4.
      - Παράδ. Ratio & modus in corrigendis aliorum vitijs is adhibendus est, vt quis à seipso initium faciat, & in seipsum descendat. vers 5.
    - Ἀναπόδ.: Atqui, inquies, sunt quidam adeò intractabiles, vt neq; priuatim ab amicis, neque publicè à Ministris verbi argui & corrigi velint, sed correcti magis exasperentur, idq; interdum non sine periculo eorum qui cum ipsis agunt. Quid ergo cum talibus fieri debet? Responsio: Nolite dare Sanctum canibus. vers. 6.
  - **Aduersus Legem**
    - Implendi: Quidâ seipsos & sua peccata excusant, quòd Deus talem Legem dederit, quam nemo præstare possit. Hos Dominus remittit ad assiduas preces:
      - Propositio constans συνωνυμίᾳ, in qua notãda ἴμφασις ἐν δέησις verborum, αἰτεῖτε, ζητεῖτε, κρούετε, &c. v. 7.
      - Confirmatio à spe obtinendi, quæ petuntur. vers. 8.
      - Expolitio à naturali στοργῇ parentum, quorum testimonio & cõsensu vtitur ad demonstrandam Patris cœlestis bonitatem. Expolitionis, vel potius cõparationis
        - Πρόσωπον. vers. 9. 10.
        - Ἀπόδοσις. vers. 11.
    - Intelligendi. Sunt enim, qui in Lege & Scriptura multa esse queruntur obscura, & dubia: Casus item vitæ humanæ & varios, & quotidie ferè nouos, in quibus ignoretur, quid fieri, aut caueri debeat. His proponit Christus legem naturæ, totius legis moralis epitomen, & certissimam omnium nostrarum actionum (cum proximo nostro suscipiendarum) regulam. vers 12.

SVNT autem ista partim nobis

- **Extrinseca, vt est**
  - Exemplum *Mundi & promiscuæ multitudinis, quod multi sequendum sibi esse arbitrantur. Docet ergo Dominus, quid in hac re sit*
    - Fugiendum (λεωφόρος μὴ βαδίζειν) vers. 13. Ne sequaris turbam ad faciendum malum, Exodi 23. Latæ viæ vitupe[r]atio à diuerticulis & occasionibus peccandi: item ab euentu (abduci; ὁδὸς πλατεῖα.)
    - Faciendum. v. 14. Pauciores & meliores respiciendi sunt, atq; sequendi. Ab his enim vitæ rectæ instituendæ, & salutis obtinendæ consilium & exemplum petendum est.
  - Pseudoprophetarũ *doctrina, quos sedulò & seriò cauendos esse monet. Admonitionis huius partes sunt quatuor:*
    - Κατήχησις. Cauete à Pseudoprophetis. vers. 15. προσωποποιΐα personæ, (quæ propositioni adiungitur) continet semina argumentationis.
    - Ἀπόδειξις à
      - Facili, seu modo cognoscendi, explorandique falsos Doctores. Modi huius
        - Ὅρος. vers. 16.
        - Ἔκθεσις à similitudine arboris. vers. 17. 18.
        - Ἐπιφορά. vers. 20.
      - Periculoso, hoc est, pœnis Pseudoprophetarum. vers. 20.
    - Ἀναπόδειξις eorum, quæ incautis, & rerum imperitis facilè imponunt. Sunt autem duo:
      - Professio externa, quâ huiusmodi impostores non solùm Dei nomen iactant, sed etiam se huius seruos & præcones esse dicunt. Sed quia diuortium fidei & charitatis illi committunt, à Domino repudiabuntur. vers. 20.
      - Miracula omnis generis, quibus doctrinam suam confirmant. Obserua
        - Confidentiam istorum Hypocrisarum impudentem. versu 21.
        - Iudicium Christi, quod de illis in vltimo die laturus est. versu 22 23.
    - Ἀπόστασις à διδαχῇ & digressio, vel deflexio à Doctoribus ad Auditorem
      - Christianum. Huius studia, sortem & conditionem describit per comparationem Architecti. vers. 24 25.
      - Hypocritam, & sola nominis Christiani professione superbum. Huius mores & fortuna κατ' ἀντίθεσιν explicantur. versu 26. 27.

CAPVT

CAPVT IIX.

Miracula Christi edita in vrbe Capernaitica ante traiectum lacus Tiberiadis.



- A. Inanimata: *In mari, eiusque fluctibus, ac procellis. Miraculi huius*
  - Antecedentia. *Hæc verò pertinet*
    - Ἀφορμὴ, *quæ est traiectio lacus Tiberiadis à Christo Discipulis demandata, vt sibi ab occupationibus respirare liceret.* verſ.18.
    - Ἐπιβαίνουσι, *quæ priusquam nauim conscenderint, acciderunt cum*
      - Scriba. *Huius*
        - Temeritas *patet ex eo, quòd seipsum obtrudit.* verſ.19.
        - Auaritia & *ambitio colligitur ex Christi responso.* verſ.20.
      - Discipulo. *Obserua hic*
        - Postulatum *huius Discipuli, in specie non iniquum.* verſ.21.
        - Iudicium *Christi,* λανθανόντως *grauiter reprehendentis.* verſ.22.
  - Coniuncta, *vt sunt illa quatuor:*
    - Ingressus *Christi in nauim.* verſ.23.
    - Tempestatis *descriptio à qualitate, (erat improuisa) & quantitate, (erat magna, cùm ob vitæ periculum, tum etiam propter somnum Christi.)* verſu 24.
    - Gestio *miraculi continet* τὴν λαχθίσιν καὶ τὴν ἔγερσιν *Christi.* verſ.26.
    - Status *Discipulorum, ad tempestatem istam nimium trepidantium.* verſu 25.
  - Consequentia: *Admiratio & stupor spectantium, &c.* verſ.27.

CAPVT IX.

Miracula Christi in vrbe Capernaum edita, post reditum è Gergesenorum finibus.

- Partes formales huius capitis sunt tres:
  - Διήγησις miraculorum Christi
    - Continuata. *In describenda Paralytici sanatione, consideranda veniunt* τὰ
      - Πεφαλικὰ *loci & temporis.* verſ.1. *Locus est Capernaum,* ἰδία πόλις, *propterea quòd ius ciuitatis ibi habuisse scribitur.*
      - Προσφέρει. *Christus Paralyticum, operâ quorundam laborioſè adductum, sanaturus, exorditur à causa mali tollenda: vt cessante causâ morbi (peccato) cesset etiam effectus (morbus.) Vt ergo in facto Baiulorum causa miraculi impulsiua lateat: ita verba Christi modum exprimunt.* verſ.2.
      - Ἐκβαίνει: *Iudicium de miraculo perpetrato*
        - Dextrum: σῶμα (*Marcus & Lucas vocant,* ἴασιν, *siue stuporem*) καὶ δοξολογία. verſ.8.
        - Sinistrum: συκοφαντία, *siue caliũnia. Occurrit hic*
          - Intentio *Scribarum: Solius Dei est remittere peccata. Hic non est Deus: Ergo blasphemus est, quòd illud sibi sumit.* verſ.3.
          - Depulsio *Christi. Nam* κεκλήδων *erat virum Christus sit Deus. Illi negant, Christus affirmat, & probat ex Dei attributis: nimirum ex diuina*
            - Sapientia τὸ καρδιογνώσας. verſ.4.
            - Potentia curandi solo verbo. *Virtutis huius*
              - Κτῆσις, *assertio & vendicatio à pari. Est enim eiusdẽ potestatis curare solo verbo, & remittere peccata.* v.5.
              - Χρῆσις, *executio experimentalis.* verſ.6.7.
    - Interrupta, & Resumpta, *&c. Vide literam A.*
  - Ἐπίλογος *præcedentium quinq; capitum, de Christi doctrina & miraculis.* verſ.35.
  - *Mandatum ad sequens caput de electione, siue missione Apostolorum. Vocationis huius causa*
    - Προεπιφώνησις: *Miseriæ ouicularum gregis Dominici palantium.* verſ.36.
    - Προεπιφώνησις: *Copia Auditorum, & inopia Pastorum.* verſ.37.
    - Ὀρχάνωσις (*Orate*) πομπὴ (*Dominum messis*) καὶ ἄδικις (*vt extrudat, &c.*) verſ.38.

A. Interru-


Interrupta per epenthesin
Vocationis Matthæi. Huius
Causæ & circumstantiæ: Quis, quem, & quomodo vocauerit: siue persona vocanda, forma vocationis, effectus Christi vocantis. verſ. 9.
Euentus, quid ad vocationem istam acciderit: Offendiculum
Datum facto per se honesto. Nam Matthæi cõuiuium & Christi consortium Publicanis erat quidem causa istius scandali: sed per accidens. verſ. 10.
Acceptum, quo animo & fine: videlicet vt Christum Dominum apud Discipulos suos in contemptum & odium adducerent. verſ. 11.
Depulsum ἀπολογίᾳ Christi, defendentis se à proprij officij ratione. Hanc autem
Similitudine Medici illustras. verſ. 12.
Autoritate Prophetæ Oseæ confirmas. verſ. 15.
Disputationis de ieiunio in statu iuridiciali
Φάσις Discipulorum Ioannis à suo & Pharisæorum exemplo. verſ. 14.
Ἀπόφασις Christi à circumstantia
Temporis. Nam τὸ πρέπον loci & temporis seruandum est. At nuptias non decent ieiunia, sed epulæ & delitiæ. Est enim tempus gaudij, non luctus. Ergo ἀποφασις erit, Discipulos meos ieiunare. verſ. 15.
Personæ: Nam omnes promiscuè adigendos esse ad eandem viuendi rationem: quia dispar sit conditio: neque omnia omnibus conueniant: in primis verò parcendum infirmis, ne vel violentia rumpantur, vel oneris grauitate frangantur. Hanc sententiã Christus illustrat pulcherrimâ similitudine sumpta à
Vestibus detritis & veteribus (antiquis Pharisæorum traditionibus) & nouo panno (doctrinâ Euangelicâ.) verſ. 16.
Vtribus veteribus. verſ. 17.
Resumpta. Narratur ergo miraculosa depulsio
Mortis à filia Iairi. Resuscitationis
Ἡγούμενα, siue causæ miraculi impellentes
Iairi fides, quam factis, verbis & gestibus declarat. verſ. 18.
Christi φιλανθρωπία. verſ. 19.
Ἐντεχνότερα. Huius loci est curatio Mulieris hæmorrhoussæ, in qua obseruabis
Magnitudinem morbi, à temporis diuturnitate exaggeratam. verſ. 20.
Præstantiam fidei, quam ostendit Mulieris λογισμός. verſ. 21.
Benignitatem Christi, Mulierem consolantis, & simul causam miraculosæ sanationis exprimentis. verſ. 22.
Περοχὴ: in quorum numero est
Apparatus funebris. verſ. 23.
Iudicium Christi de pompa funebri, & filia resuscitanda. verſ. 24.
Gestio miraculi. verſ. 25.
Ἐπόδημα: Fama & celebritas huius miraculi. verſ. 26.
Morbi: videlicet
Τυφλότης. Miraculi huius
Πρόσωπα, in quibus editum est. verſ. 27.
Τόπος (nõ statim in illo itinere: sed in ædibus demum) additur etiam αὐτοῦ κύριον (potentia Christi) καὶ ὄφαν τὸν διὰ λόγον divini beneficij (Fides.) verſ. 28.
Περιχύλια καὶ λεχθέντα. verſ. 29.
Ἐκβασις: Perpetrati miraculi
Occultatio certis de causis à Christo mandata. verſ. 30.
Promulgatio intempestiua. verſ. 31.
Κωφότης. Facti huius miraculosi
Αἴτια. verſ. 32.
Αἰτιατὰ in spectatoribus
Bonis: Laudatio. verſ. 33.
Malis: Obtrectatio. verſ. 34.

CAPVT X.

Apostolorum vocatio, vel potiùs ordinatio: hoc est, missio in professionem (temporariam tamen, nondum perpetuam) muneris, ad quod iam erant electi, atque vocati.

CAPITIS decimi

Εἰρμὸς generalis & summaria: certos Discipulos esse missos cum certa potestate ad munus docendi, quod miraculis insigne, & periculis arduum sit futurum. Circumstantiæ, quibus hæc involuta est propositio, sunt quinque: Quis, quæ, quot, ad quid, & quomodo ablegáris. vers. 1.

Διδασκαλικὴ. Nã explicat legationis Discipulis obeundæ

Εἰσαγωγὴ

Ἐπιβατικὴ. Descriptio personarum eligendarum à nomine, parentibus, cognatione, patriâ, vitæ genere, rebus gestis, cùm factis, tum erratis. vers. 2.3.4.

Causæ, propter

Materiam & formã, quæ consistit in

Docendo

Quos: Ἀγοὸς Gentium & Samaritanorum, (id est, decem Tribuum, Gentibus nihilo meliorum.) vers. 5.

Οἶος Iudæorum ex Tribu Beniamin & Iudæ. vers. 6. Ergo in Israel duntaxat ipsis in hac prima legatione prædicandum fuit Euangelium.

Quid: τὸν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν. vers. 7.

Operando, hoc est, doctrinam miraculis (tanquam literis credentiæ, institutioni additis) confirmando. vers. 8. Congeries miraculorum Apostolicorum.

Efficientem instrumentalem, &c. Vide literam A.

Accidẽtia, vt sunt motus periculorum, Discipulis cùm in hoc temporali præconio, tum perpetuo Apostolatu imminentium. Periculorum amplificatio xy

Σύγκρισιν, quâ extenuatur Discipulorum conditio: & hostium persona extollitur: Ecce, mitto vos sicut oues in medium luporum. vers. 16.

Μεταμόν. Fore enim prædicit, vt ipsis intentetur crimen

Hæreseos coram Conciliis & in Synagogis. vers. 17.

Seditionis, coram Magistratu politico. v. 18.

Παραμυθητικὴ. Consolationis

Ἐπιχείρησις sumpta à

Κεφάλαιον: Apostoli in periculis constituti non debent esse nimium solliciti pro sui & veritatis defensione. vers. 9.

1. Prudentia serpentina (quæ hoc maximè cauet, ne fidei caput lædatur) coniuncta cum simplicitate columbina, quæ nemini molesta est suspicionibus, calumnijs, &c. vers. 16.
2. Præsentia Spiritus Sancti, corda & linguas ipsorum sic regentis, vt quæ ad causam veritatis defendendam pertinent, animosè & cordatè proferant. vers. 19.20.
3. Proprietate Euangelij, quod ne charissimis quidem parcit. Ergo eius Doctores singularem, & ab auditoribus separatam fortunam quærere non debent. vers. 21.
4. Patientia, siue perseuerantia Christiana. vers. 22.
5. Iure & facultate de loco infesto in locum minùs infestum, Οἷς χρεὼν γίνεσθαι, commigrandi. vers. 23.
6. Exemplo Christi, tanquam Domini & Magistri. vers. 24.25.
7. Natura veritatis, progressu temporis innotescenda. vers. 26.27.
8. Periculo mortis æternæ. vers. 28.
9. Prouidentia Dei, cuique suum cursum & periodum definientis. vers. 29.30.
10. Confessione ad salutem necessaria. vers. 32.33.
11. Adiuncto Euangelij, quod per se quidem pacis causa est toti Ecclesiæ: per accidens tamen, incredulorum vitio gladius est: cùm nunquam non sint, qui Christo, eiusque Ministris contradicant. vers. 34.35.36.
12. Officio fidelium, quod est, gloriam Christi rebus etiam charissimis præferre. vers. 37.38. Subiungitur ἐπιφώνημα de præmijs & panis. v. 39.
13. Communicatione prosperæ & asperæ sortis. vers. 40.

Συμπέρασμα, concludens consolationem amplissimâ promissione mercedis pro ea beneficentia, quæ in suos collata est. vers. 41.42.

A. Efficien-

A Efficientem instrumentalem: Viaticum, seu adminicula vitæ interea sustentandæ. Cæterùm incidit hic genus deliberatiuum, eiusque species duæ:

- Ἀποτρεπτικὴ, quâ Christus suis dissuadet anxiam solicitudinem victus comparandi ex
  - Quæstu & mercatura donorum (χαρίσματα appellantur) Spiritus Sancti immediatè à Deo acceptorum. vers. 8.
  - Viatico & commeatu, ad suscipiendas profectiones, aliàs necessario. vers. 9, 10.
- Προτρεπτικὴ: vt Discipuli se totos prouidentiæ diuinæ committant, ἀ ἀποστόλους
  - Καλλιτεχνικῶς ab honesto & tuto: Dignus est operarius mercede (alimento suo.) Ergo non deerit vobis. Nititur enim hoc promissum iustitiæ Dei, quæ fallere non potest. vers. 10.
  - Ἀντικατηγορικῶς tacitæ obiectionis. (At qui sunt illi, à quibus nobis victus expectandus est) cui opponit modũ & rationẽ explorandi cultores Dei
    - Gratos, per quos alendi sint. Sunt autẽ nostra duo:
      - Elogium famæ præclarum de ipsorum pietate, &c. vers. 11.
      - Salutatio rite accepta. vers. 12, 13.
    - Ingratos. Horum
      - Nota: Salutatio reiecta. vers. 14.
      - Pœna grauior, quàm Sodomitarum ver. 15.

CAPVT XI.

Prodromi Ioannis Baptistæ honorifica legatio ad Christum missa: cuius occasione ille laudatur: hic verò in contumaciam gentis Israeliticæ grauissimè inuehitur.

STATVS huius capitis est partim

- Ἐκθετικῶς describens legationem Ioannis ad Christum missam. Legationis
  - Occasio arrepta à Christi
    - Diligentia & assiduitate docendi. Etenim vt cælestis doctrinæ ἱεροδιδάκτους, Discipulos ablegato subsequitur, docens (ἀκροαματικῶς) & prædicans (ἰζητικῶς) in ijs locis, in quibus illi docuerant, & prædicarant. vers. 1.
    - Fama nominisque celebritate, vsque ad Ioannem captiuum perlata. vers. 2. Notantur simul in hoc versu personæ ablegatæ, quæ, & quos, &c.
  - Acta sunt, &c. Vide literam A.
- Ἐπιτιμητικῶς ἢ μεμπτικῶς ingratitudinis erga oblatũ Euangelium. Obiurgationis
  - Propositio: Quis, quos, cur, & quomodo obiurgâris. vers. 20.
  - Expolitio propositionis per partes & species. Occurrit hic ὑποδιαιρεσις
    - Chorazinorũ & Bethsaidarum. Horum
      - Ingratitudo & contumacia exaggeratur per contumaciam cum Tyrijs & Sidonijs. vers. 21.
      - Pœna. vers. 22.
    - Capernaitarũ. Horum
      - Contumacia amplificatur per collationem cum Sodomitarum flagitijs. vers. 23.
      - Supplicium æternum. vers. 24.
- Εὐαγγελικῶς, pro reuelato Euangelio. Reuelationis beneficium amplificat à causa
  - Efficiente & materiali, quòd Dominus cæli & terræ ad infimas sordes descendere non sit grauatus. vt ex stercore erigat pauperes. vers. 25.
  - Organica & media. Ea autem est Christus Filius, qui commendatur à diuina potentia & sapientia. vers. 27.
  - Impulsiua & finali, (cur præteritis Sapientibus reuelârit pueris.) vers. 26. Patris εὐδοκία constituitur ἀναπαύσεως ratio, in qua nobis acquiescendum sit.
- Προτρεπτικῶς ad sequelam Christi:
  - Πρόσωπος, circumstantijs illustrata: Quis, quos, quò, & cur ad se inuitet. vers. 28.
  - Καλλιτεχνικῶς ἐκ τῶν
    - Χρησίμων: Christus enim per fidem ad se confugientibus promittit & præstat veram ἀναπαυσιν, seu animi tranquillitatem. vers. 29.
    - Ἡδέων ἐκ μαθῆ: Iugum, inquit, meum suaue est, & onus leue. vers. 30.


Iohanni: Oratio προτρεπτικὴ, Legatis dicta in statu coniecturali: An IESVS ille Nazarenus sit Christus, siue Messias, Dei Filius, & Mundi Saluator. vers.3. Cæterùm, vt hoc in παρέργῳ addam, hic scopus & status κεφαλαιώδης est generalis & principalis in omnibus scriptis, tum Euangelistarum, tum Apostolorum: Messias, Iehoua Dauidis secundùm Deitatem, Filius eiusdem secundùm humanitatem, suo tempore nasceturex Virgine: Euangelium ex sinu Patris proferet, & miracula ingensia & salutaria edisturus est. Legi, nomine totius Ecclesiæ satisfaciet: seipsum offeret victimam piacularem, vt tollat peccatum Mundi: Mortem moriendo & resurgendo vincet: Ascendet in altum, & captiuam ducet captiuitatem: Donis Spiritus Sancti implebit Ecclesiam: suo autem tempore rediturus est ad iudicium. Hæc maior est Prophetarum: Minoriam Euangelistarum est, & Apostolorum. Illa autem omnia, quæ in libris veteris Testamenti de Messia tradita sunt, apte & concinnè quadrant in IESVM Mariæ filium. Est ergo Christus, vel Messias ille, &c.
A. Acta, sunt τὰ λεχθέντα
Christo. Oratio eius ad
Populum
Discipulos Ioannis est διδασκαλικὴ, continens
Ἀπόδειξιν ab effectis ad causam, vel adiunctis ad subiectum. vers.5. 6. 7.
Ἐκφώνησιν σκηπτικοπαιδευτικὴν, quâ nos aduersus scandala munit. versu 6.
Εὐαγγελικὴ Ioannis Baptistæ. Orationis huius
Εὐλογία, hoc est, commendatio Ioannis à
Πρόσωπα, circumstantiâ temporis & personæ (Auditorum) illustrata. vers.7.
Morum grauitate: vt est
Constantiâ & παῤῥησίᾳ in docendo. vers.7.
Temperantiâ & austeritate vitæ. vers.8.
Vocationis excellentia. Confert autem Ioannem cũ Prophetis
Aliquibus: vtpotè cum
Malachia, qui, tanquam minister esset Ioannis, de ipso vaticinatus sit. vers.10.
Elia, Prophetarum facilè Principe: qui tamen Ioannis quasi Prodromus fuerit. vers.14.
Omnibus: imò vniuersis hominibus, iuxta communem & consuetum naturæ ordinem natis. Additur tamen ἐπίτασις καὶ ἐκφώνησις de Christi præeminentia. vers.11.
Doctrinæ efficacia, quã declarat metaphorâ, sumpta à castris, aut arce quadam, quæ irrumpentibus hostibus diripitur. Sic autem feruens illa vis Spiritus Sancti significatur, quâ fideles ex doctrina Ioannis correpti, summo studio ad vitam æternam ferebantur. vers.12.
Officij præstan... obscurè sub... runt. Ioann... Vam Lex & Prophetæ eminùs & Christum exhibendum prædixe... cominus & palàm Christum, recens exhibi... ...gito monstrabat. vers.13.
Ἐπιφορὰ ἐκφωνηματικὴ. vers.15.
Ψεγὴ Iudaicæ pertinaciæ in repudiando Euangelio
Καλάμων exornata λόγια. vers.16.
Ἐπιλύσεις per collationem. Eius
Πρόσωπα. vers.17.
Ἀπόδοσις de
Ioannis austeritate. vers.18.
Christi φιλανθρωπία. vers.19.

CAPVT

CAPVT XII.

Phariſæorum & Scribarum, famam Chriſti ferre non valentium, inuidia, & quæ inde, tanquam effectus, conſequuntur calumniæ, obtrectationes, & tentationes, &c.




A.
Directè propiùs
Curationẽ hominis, aridam manum habentis die Sabbathi in synagoga susceptam. vers. 9. Obseruanda hîc sunt
Dicta
Pharisæorum κατηγορία: Non licere in die Sabbathi curare. vers. 10.
Christi φάσις & assertio: Sabbathi otium non excludere benè merendi de proximo studium. Τὸ τῆ φάσιως συνῳδον
Λογικὸν à minori. vers. 11. 12. Firmamentum hoc sumptum est à proprio aduersariorum iudicato.
Πραγματικὸν. Facto enim superiori proximæ rationi congruente, ostendit licitum esse. Itaque τὸ παράλογον in euidentem rei confirmationem vsurpat. vers. 13.
Euenta, & quæ factum illud miraculosæ sanationis consecuta sunt
Immediatè: Inuidia Pharisæis inde aucta. vers. 15.
Mediatè: Christi secessui suscepius
Cur, & quibus comitibus. vers. 15.
Quomodo: videlicet
Saluo officio. Nam hostium furori ad tempus cedens, nihilominus in secessu curauit morbos, annunciauit verbum, &c. vers 15.
Absque omni ostentatione aut studio vanæ gloriæ. Nam prohibuit se manifestari. vers. 16. 17. Facti huius ratio petitur ex Esaiæ vaticinio, quo commendat Christum à
Conditione & officio Prophetico, quod ipsi in forma serui assumpta obeundum fuit. vers. 18.
Moribus,
Modestia. versu 19. Non contendet, &c.
Mansuetudine. vers. 20. Linum fumigans, &c.
Electionẽ Dæmonis. Miraculi huius
Personæ, Qui, quem, seu qualem Christo adduxerint. vers. 22.
Res, & quid sit
Factum: Dæmoniacus quomodo curatus sit. vers. 23.
Dictum. Oratio
Ἐγκωμιαστικὴ. Nam vulgus Christum vt promissum Messiam, propter perpetratum miraculum, celebrat. vers. 23.
Ὑβριστικὴ Pharisæorum, miraculum calumniantium. vers. 24.
Ἀπολογία huius
Κατάλυσιν (non expressè positum, sed implicitè ex textu colligendum) Christum eiicere Dæmonia, non per Beelzebub, sed Dei digito. Loco huius propositionis ponitur argumentum Diuinitatis λαὶ τῆ καρδιογνωσίας sumptum. vers. 25.
Ἐπιχειρήματα ex
Absurdo: Nemo enim sanus dicit, Sathanam ita desipere, vt ipse regnum suum velit studiosè euertere. vers. 25. 26.
Patri: In miraculis meorum Discipulorum, (qui sunt vestri filij: hoc est Israelitæ) agnoscitis virtutem diuinam. Ergo & in me, &c. vers. 27. 28.
Sensu communi. vers. 29.
Pugnantibus, pugnantium personarum studijs. vers. 30.
Ἔξοδος per digressionẽ:
1. Exaggerat calumniam Pharisæorum, per collationem generis cum specie, & speciei cum specie. vers. 31. 33.
2. Dissuadet hypocrisim. vers. 23.
3. Docet causam malitiæ & pertinaciæ efficientem. vers. 34. 35.
4. Comminatur pœnas. vers. 36. 37.

CAPVT

CAPVT XIII.

Applausus & concursus populi, quem Christus παραβολικῶς erudiendum atque instituendum suscipit.



- A. Commune, *in quo malum semĩ bono sit permixtum. Parabola de*
  - Zizanio. *Eius*
    - Πρότασις. *Considerandum proponit*
      - Officium *Coloni operosum. vers.* 24.
      - Astutiam *& diligentiam hostis. vers.* 25.
      - Felicitatem *tritici & lolij, in eodem agro crescentes. versu* 26.
    - Curam *& solicitudinem Domesticorum. Incidit hic genus*
      - Didascalicum, *de origine, seu causa zizanij efficiente. Observanda ergo est*
        - Ἀπορία *Domesticorum. versu* 27.
        - Λύσις *Patrisfamiliàs. vers.* 8.
      - Deliberatiuum: *virum sint zizania euerruncãda. vers.* 28.
        - Propositio *negatiua. vers.* 29.
        - Confirmatio *ab importunitate, seu damnoso. vers.* 29.
        - Conclusio, *quâ definit tempus euerrũcationi idoneum & destinatum. vers.* 30.
    - Ἀπόδοσις *ab ipsis Discipulis flagitata: versu* 36. ἡ ἐπιζήλωσις
      - Seminatoris. *vers.* 37.
      - Agri. *vers.* 38.
      - Hostis. *vers.* 39.
      - Messis *& Messorum. Ibid.*
      - Zizanij. *vers.* 38. 40. 41. 42.
      - Tritici. *vers.* 38. 43.
  - Sagena: *Partes huius parabolæ sunt duæ:*
    - Similitudo *sumpta ab*
      - Vsu *verriculi. vers.* 47.
      - Officiis, *studijs, & occupationibus Piscatorum. versu* 48.
    - Accommodatio *similitudinis, vers.* 49. 50.

CAPVT XIV.

Iudicium Herodis de Christo.

- Christvs doctrinâ & miraculis iam clarus, refricat Herodi memoriam Ioannis Baptistæ decollati. Duæ igitur sunt huius capitis partes:
  - Fama *& existimatio Christi illustratur ex circumstantia*
    - Loci *& personæ, vbi, & apud quos fuerit in existimatione: nimirum in Aula Regis Herodis. Ea enim est veritatis οἰκείωσις, vt etiam Principum Aulas penetret. vers.* 1.
    - Qualitatis: *quale fuerit Herodis de Christo iudicium. Etenim publico μετεμψυχώσεως errore ductus, putat Christum esse Ioannem Baptistam, à mortuis redimiuum. vers.* 2.
  - Mors *Ioannis Baptistæ. Τὰ ἐν μέρει*
    - Ὑπόθεσις, *& initia, vt est causa*
      - Προκατάληψις: *Odium Herodis & Herodiadis in Ioannem conceptum. Odij*
        - Effectus: *Captiuitas, carcer, & vincula Ioannis. vers.* 3.
        - Causa: *Ioannis censura de Herodis raptu & incæstu. vers.* 4.
      - Προκατάστασις: *Occasio*
        - Quæsita. *vers.* 5.
        - Oblata
          - Quando, *qua in re, &c. vers.* 6.
          - A quo, *cui, &c. vers.* 7.
        - Arrepta. *vers.* 8.
        - Confirmata, *temerario iuramento. vers.* 9.
    - Ἀπόβασις. *Suis autem potissimùm duo:*
      - Impia *Ioannis Baptistæ cædes. Obserua autem per quem, & quo loco perierit. vers.* 10.
      - Crudelis *Herodiadis triumphus, de Censore suo actus. vers.* 11.

Μετὰ τὴν ἀναίρ, &c. *Vide literam A.* A. Mens


Μετὰ τὴν θανατον, quæ morte Ioannis consecuta sint
Ἀμέσως: Sepultura Ioannis. vers. 12.
Ἐμμέσως: Christi
Abitus & secessus in desertum. Nam migrat ex Herodis ditione, vt præsentem furorem declines, & panidos ad hunc Discipulos ab incēdio subducat. vers. 13. Cæterùm ne ocij causa in desertum locū abijsse videatur: commemorat Euangelista, quid ibidem egeris cum
Populo Hunc
Sanat. vers. 14. Commendatur hoc loco Christi σπλάγχνα erga miseros & afflictos, quā adducti miraculosas illas curationes susceperit.
Cibat. Miraculi huius
Tempus & locus. vers. 15.
Personæ
Pascentes: Christus miraculi author: & Discipuli, tanquam ministri. vers. 16.
Pascendæ, Quæ & quot. vers. 21.
Media, auxilia, & organa, sunt panes quinque & duo pisces. vers. 17.
Facta Christi, Populi & Discipulorum. vers. 18. 19.
Euentus. Reliquiæ enim post tantam hominum turbam satiatam, sunt illustre miraculosæ pastuæ documentum. vers. 20.
Discipulis: Quibus mandat traiectionem lacus Genezarethani. vers. 22.
Deo Patre cœlesti: Preces Christi pro salute suorum fusæ
Vbi. vers. 23.
Quando. vers. 24.
Reditus ex Eremo. Huius reditus terminus
Per quem, est lacus Genezareth: in quo sæua tempestas miraculosè sedata est. Miraculi
Antecedentia: Periculum, in quo Discipuli versantur, amplificatur à loco (erant in medio maris:) à tempore, (periclitabantur per totam penè noctem:) à causis efficientibus, (ventis aduersis & fluctibus nauim prementibus.) vers. 24.
Coniuncta personæ
Agenti, quæ est Christus, suos in mari periclitantes non deserens. Obserua autem quando & quomodo venerit. vers. 23.
Patienti: Discipulorū
Omniū: Trepidatio & metus
Causa (obiectum) & ... vers. 26.
Remedium à Christo verbis adhibitum. vers. 27.
Vnius: petri fides nunc
Firma: cùm iussu Domini ambularet super mare. vers. 28. 29.
Infirma: cùm cœpisset καταπονίζεσθαι. vers. 30. 31.
Consequentia: Adoratio Christi Filij Dei. vers. 33.
Ad quem: Terra Genezareth, vbi Christus congeriem miraculorū edidit. Laudatur hæc Christi θαυματουργία à
Modo, medio & organo: quod erat attactus fimbriæ. vers. 35.
Effectus: quòd miracula Christi non obfuerint, sed profuerint nominibus. vers. 36.

CAPVT XV.

Concertatio ἐριστικὴ Scribarum & Phariſæorum cum Chriſto de Humanis traditionibus.

CONTINET caput hoc partim

Λόγος, vel potiùs Διαλέγεται Chriſti cum

Doctoribus & Præſulibus Hieroſolymitanis. Verſatur autem dialogus hic in genere iudiciali, ſtatu qualitatis. Obſerua igitur

Ἔγκλημα Aduerſariorum: Indignum eſt, inquiunt, quòd Diſcipuli tui ſtatuta maiorum non obſeruant, illotis manibus comedentes, &c. verſ. 2.

Ἀντέγκλημα Chriſti qui crimen in aduerſarios regerit: imò grauioris criminis reos agit. ἀ Ἐ ἀντεγκλήμ.

Πρότασις, conſtans ἀντικατηγορίᾳ, ἢ ἀντεγκλήσει maioris criminis. verſ. 3.

Κατηγορία à manifeſto exemplo violati quarti præcepti. Cæterũ exemplum hoc tractatur κατ' ἀντίθεσιν

Diuini mandati. verſ. 4.

Humanæ traditionis. Notanda hìc eſt

Μίμησις hominum ſuperſtitioſorum. verſ. 5.

Ἐπίκρισις Chriſti. verſ. 6.

Ἐξεργασία ὑποκρισεως ſiue (vt loquũtur) reſponſio ad perſonam Phariſæorũ, quos ex Eſaia convincit eſſe hypocritas. ver 7. Hypocriſeως

Forma eſt, ſimulare externam pietatem, & interim corda habere agnitione & timore Dei vacua. verſ. 8.

Materia (ἰδιολογημάτων) & effectus, (nam oleum & operam perdunt, qui cultus electitios ſectantur.) verſu 9

Auditorib'

Ἐξωτερικοῖς, quos Euangeliſta vocat Turbam, ſeu Plebem. Hanc enim accuratiùs inſtituendam ſuſcipit Chriſtus in præſenti caſu. Inſtitutionis

Propoſitio ἀξιωματικὴ: Per ſe non eſſe peccatum, illotis manibus comedere. verſ. 10.

Confirmatio à cauſa efficiente peccati: quod non extra hominem naſcitur, neque aliunde in hunc ingreditur: ſed intra hominem, in corde nimirum, principium habet, & inde ſe per omnia membra, omnéſque hominis actiones diffundens, hominem totum polluit. verſ. 11.

Φάσις, ſeu intentio Diſcipulorum: doctrinam illam de traditionibus humanis (diſcrimen ciborum, lotiones & purgationes) nimis rigidè à Chriſto Præceptore propoſitam eſſe: propterea quòd Phariſæi ea grauiter ſint offenſi. verſ. 12.

Ἀπόφασις Chriſti. Inſtitutionis

Διδασκαλικὴ. Eius

Πρότασις implicita: Non eſt æquum, vt ipſorum offenſa moueat, & doctrinam cæleſtem ad ipſorum voluntates accommodem, &c.

Αἰτιον à perſonæ aduerſariorum, quòd non ſint à Deo plantati, ideoq; alias etiam eradicandi. Nuſquam enim legitur, Deum inſtituiſſe ordinem Scribarum, Phariſæorum, &c. verſ 13.

Ἐπιφορὰ ἀποστολικὴ: Miſſos facite tales Doctores, &c. Argumenta dehortationis ducuntur à qualitate perſonæ, & effectu doctrinæ. verſ. 14.

Ἀκροαματικῶς, qui ſunt Diſcipuli. Incidit hìc τόπος

Ὀρικὴ, &c. Vide literam A.

Πρόξενος, &c. Vide literam B.

CAPVT

A. Occasio. Superiùs enim illud argumentum à peccati origine sumptũ, Discipulis planiùs declarat. Declarationis susceptæ

- Occasio *Christo oblata à Petro.* verſ. 15.
- Forma
  - Ἐπιτιμητική, *qua Christus Discipulorum ruditatem & ignorantiam corrigit.* verſ. 6.
  - Διδακτική: *naturam & fontem peccati declarat*
    - Ἀφορ. *eorum, quæ non possunt hominem reddere impurum: hoc est, eius conscientiam coram Deo inquinare.* verſ. 17.
    - Θέσις (*eorum, quæ hominẽ polluunt*)
      - Generali. verſ. 18.
      - Speciali, *de peccatorum*
        - Fonte. verſ. 19.
        - Effectu. verſ. 20.

B. Πρᾶξις fabia & miracula: Miraculosa

- Sanatio
  - Vnius: *Filiæ mulieris Cananæ. Sunt autem tria huius descriptionis membra*
    - Τοποχαφία *Tyri & Sidonis, quæ fuerunt emporia maritima & celeberrima.* verſ. 21.
    - Προσωποχαφία *personæ à sexu & natione.* verſ. 22.
    - Ὑποτύπωσις *exprimens τὸ λεχθέισα*
      - Mulieri: *Oratio eius*
        - Παραιτητική: Πρόπισος (*miserere*) *ἄνωθεν deductũ à Christi potentia (Domine) & officio (Fily David, Messia.) Item à sua persona, & primaria miseria.* verſ. 22. 26.
        - Ἐλεγκτική. *Nam Christi argumentũ ab Israelitarum prærogativa sumptum, soluit scitè & ingeniosè inuersione.* verſ. 27.
      - Discipulis. *Horum ἐντεύξις, sive intercessio pro Cananæa.* verſ. 23.
      - Christo. Λόγος *eius par tim est*
        - Ἀποφατική, *quo respondet*
          - Discipulis *Nam à vocatione & mandato Patris arguit, extraneis nihil auxilij præstandum esse.* v. 24.
          - Mulieri: *quam non sine contumelia, vi canem, sua ope indignam, omninò repellit.* verſ. 26.
        - Ἐγκωμιαστικὸς (*laudat eius fidem*) & παρηγορητικὸς. *Nam se illius precibus in fidei gratiam, annuere testatur.* verſ. 28.
  - Plurium. *Observa autem*
    - Vbiistam *miraculorum congeriem ediderit.* verſ. 29.
    - Quos *miraculosè sanaris.* verſ. 30. *Species morborum deplorarissimorum recensentur.*
    - Quo *eventu & fructu: Spectatorum* ϛωμικὴ δοξολογία. v. 31.
- Cibatio. *Miraculi huius*
  - Causæ
    - Impellentes: *Christi συμπάθεια: Populi perseverantia & transitus.* verſ. 32.
    - Impedientes: *Loci importunitas & commeatus penuria.* verſu 33.
  - Media & *auxilia: Septem panes, & pauci piſciculi.* verſ. 34.
  - Modus *continet τὸ προσκλίνειν καὶ ἐνδιδόναι.* verſ. 36. 37.
  - Personæ *cibatæ, quæ & quot, &c.* verſ. 38.
  - Ἔκβασις, *quæ miracula consecuta sunt.* verſ. 39.

CAPVT XVI.

Τὰ τῆς ἀποδημίας λεχθέντα, quæ dicta sunt in itinere ex Galilæa, prope Cæsaream Philippi.

COMMENTARIVS, quæ dicta sunt

- Pharisæis & Sadducæis, pernicissimum aduersus Christum conspirantibus. Membra huius loci sunt tria:
  - Διάστασις ἀπήτησεν
    - Αἴτημα μιχθὲν ἐπιπλήξει: *Aduersariorum impudens & importuna flagitatio signi non necessarij è cælo.* verſ. 1.
    - Ἀπόφασις ad Discipulos, de cauendo Pharisaicæ doctrinæ fermento. Admonitionis huius
      - Ἀπόφασις, *seu remedium, ruditati Discipulorum oppositum, est ἐπιπλήξεως, qua Christus*
        - Ostendit *causam mali huius*
          - Propinquam: *nimirum ὀλιγοπιστίαν.* verſ. 8.
          - Remotam: *Obliuionem quinque miraculorum, fidei ipsorum confirmandæ causâ, editorum in panibus*
            - Quinque: *quibus quinque millia hominum saturata sunt.* verſ. 9.
            - Septem, *inter quatuor millia hominum distributis* verſ. 10.
        - Definit *fermentum illud τῶν ἀρτίων τοῦ σώματος cibi corporalis.*
      - Effectus ἐπιπλήξεως, *seu factæ declarationis.* verſ. 12.
    - Ἀπόφασις ad Discipulos, *de cauendo Pharisaicæ doctrinæ fermento. Admonitionis huius*
      - Tempus *& locus notatur.* verſ. 5. *Discipulorum* ἀπορημάτιον, *(quòd obliti erant accipere panes) referendum est ad occasionem, siue causam occasionem stupiditatis, & crassi Discipulorum de Christi verbis iudicij.*
      - Forma *& exemplar, nudam propositionem complectens. Analogia similitudinis, est vis latenter & celeriter inficiendi, serpendi, inflandi, &c.* v. 6.
      - Adiunctum *passionis. Nam admonitio illa Christi à Discipulis non intelligitur rectè: sed ἀπροσδιόνυσος.* verſ. 7.
    - Ἀπόφασις ad Discipulos, *de cauendo Pharisaicæ doctrinæ fermento. Admonitionis huius*
      - Τόπος: *Cæsareæ Philippi ad radices montis Libani sita, in superiore Galilæa.* verſ. 13.
      - Ἀφορμὴ *est ieiunatio Christi. Ibid.*
      - Τρόπος, *modus & ordo. Nã Discipuli referunt iudicium*
        - Aliorum, *variè quidem de persona Christi sentientium: conuenientium autem in Pythagorico τῶν μετεμψυχώσεων commento.* verſ. 14. *Sic error parit errorem.*
        - Suum. *Discipulorum de Christo confessio*
          - Postulata: *Vos autem (qui tam diu mecum conuersati estis, quique mei esse debetis testes, &c.) quem me esse dicitis?* verſ. 15.
          - Edita: *à quo, & qua de re. Petrus enim hac breui confessione complexus est totam de Christi persona & officio doctrinam.* verſ. 16.
          - Commendata *ab*
            - Efficiente *(reuelatione Patris cælestis) & effectu beatitudinis.* verſ. 17.
            - Adiunctis:
              - Soliditate *& inuictâ firmitate.* verſ. 18.
              - Dignitate *muneris Apostolici, Petro, propter fidei & confessionis soliditatem, concessi* verſ. 19.
          - Interdicta, *ne hoc tempore (instante passione: Si enim Iudæi nouissent Christum Dominum gloriæ, non crucifixissent) euulgarentur.* verſ. 20.
- Christo, *&c. Vide literam A.*

A. Christo. Est autem eius oratio partim

Προφητικὴ: Vaticinium de morte sua imminente. Vaticinij

Forma complectens epitomen passionis Dominicæ. vers. 21.

Euentus, quomodo à Petro fit exceptum. Ostendit hoc

Petri ἐπιτίμησις, ne Christus se prudens & sciens periculo mortis obiciat, &c. vers. 22.

Christi, Petrum, vt pessimum consultorem, grauiter à se reijcientis, responsio ἐπιτιμητικὴ καὶ ἀποστροφικὴ. vers. 23.

Παραινετικὴ, quâ Discipuli aduersus scandalum crucis muniuntur & animantur. Consolationis

Πρόσωπα, cuius tres sunt partes: Abnegatio Christi: Professio crucis: Imitatio Christi. vers. 24.

Αἴτια ab vtili & inutili: præmij & pœnæ. Additur ἐξεργασία per comparationem vtilis & inutilis. vers. 25.

Καλασκευὴ confirmatio rationis, sumpta ex coniectura

Voluntatis: Quòd velit pietatem remunerari, &c. versu 27.

Facultatis: Quòd autem possit, id argumento est, quòd gustum & specimen tantorum bonorum exhibuerit in monte Thabor. vers. 28.

CAPVT XVII.

Transfiguratio Christi in monte Thabor.

PROPONIT Euangelista in hoc capite

Διήγησιν transfigurationis, tanquam primariæ rei gestæ. Narrantur autem

Αἱ περιστάσεις, Temporis, loci, personarum, tanquam testium & spectatorum cœlestis illius maiestatis & gloriæ. vers. 1.

Τὸ πεπραγμένον, sive res gesta, καθ' ὑποτύπωσιν ob oculos posita. vers. 2.

Τὰ συμβεβηκότα ἢ συνεπόμενα, sunt numero quinque:

1. Apparitio Mosi & Eliæ summorum veteris Testamenti Antistitum. vers. 3.
2. Gustus vitæ & gloriæ cœlestis: cuius excellentiam satis euincit ecstasis Petri, vitam & gloriam illam omnibus rebus humanis longè præferentis. vers. 4.
3. Inauguratio Christi in summum Ecclesiæ Doctorem, facta ipsa Dei Patris voce, de nube audita. vers. 5.
4. Terror & consternatio Discipulorum ad sensum vocis & præsentiæ diuinæ. vers. 6.
5. Cõsolatio, quâ prostratos Discipulos Christus erigit. Cõfirmatio

Forma: primò erigit eos vt Medicus Φιλάνθρωπος: secundò, verbis eximij metum. vers. 7.

Effectus. vers. 8.

Ἐπιλογισμὸν τῶν πεπραγμένων, quæ transfigurationem consecuta sunt

Interdictum Christi de visione hac, ante resurrectionem suam, non publicanda. vers. 9.

Quæstio de Eliæ aduentu. Membra problematis sunt tria:

Ἀπορία Discipulorum, à Scribarum & Pharisæorum doctrina ἀπολογίαν nectentium. vers. 10.

Λύσις Christi constat

Ὁμολογίᾳ, confirmante oraculi Prophetici veritatem. vers. 11.

Ἐπανορθώσει, quâ Christus emendat corruptam vaticinij interpretationem eámque in Pharisæorum cæcitatem & malitiam καὶ μετάστασιν transfert. vers. 12.

Ἐπίλυσις Christi de sera & tarda Discipulorum intelligentia. vers. 13.

Ἐμφάσεις, &c. Vide literam A.


Externæ: Locus, tempus, & gestus personæ intercedentis. vers. 14.
Πρόσωπον πάθητικόν. Nam ipsa miseria, & filij mentio vehemens excitat. vers. 15.
Αἰτιολογία à præsenti calamitate, quam per incrementum amplificat: Non tantùm Lunaticus est (inquit) sed etiam Dæmoniacus. Erat igitur morbus compositus ex naturalibus causis, & Sathanicis afflictionibus. Ibid.
Πρόληψις, cur Filium ipsi curandum produxeris, &c. μετατιθεὶς culpam importunitatis in Discipulorum ἀδυναμίαν transfert. vers. 16.
Πάσχοντα: Pater pro filio lunatico intercedens. Petitionis species
Internæ: Materia & forma (quid & quomodo petierit.) τῆς συντάξεως
Sanatio Lunatici. In hac historia potissimùm considerandà veniunt τὰ σχήματα
Ἀτοπία: Obiurgat in genere τὴν ἀπιστίαν eorum, per quos steterit, quò minùs Lunaticus à Discipulis curari poterit. vers. 17.
Ἐνεργοῦντα: Christus: eiusque
Παράδοσις, seu ipsa miraculi gestio. vers. 18.
Παράξοντα, eaque sum
Ὑποφορὰ Discipulorum ἐρωτηματικὴ, cur ipsi (qui tamen potestatem in Dæmones accepimus, & hactenus etiam usurpauimus) hoc Dæmonium non potuimus eiycere. vers. 19.
Μὴ ἐνεργοῦντα δι' ἀδυναμίαν: Discipuli, eorúmque cum Christo συζήτησις:
Impedientem: nempe incredulitatem. vers. 20.
Efficientem: nimirum fidem miraculosam, quam commendat ab effectu per cōparationem, &c. Ibid.
Ἀντιφορὰ διδασκαλικὴ, explicans rei causam
Adiuuantem (fidei) orationē, & (quæ illam plurimùm acuit, atq; excitat) ieiunium. vers. 21.
A. Ἔμφασις. Sūt autem hæc tantùm tria
Vaticinium de morte Christi iam quartò inculcatum. vers. 22. 23.
Φάσις, seu petitio διδραχμου. Observa quis, à quo, per quem, & quomodo petat, &c. vers. 24.
Didrachma: Capernaunti solutum. Incidit autem hic status iuridicialis
Ἀπόφασις, seu recusatio Christi, argumentantis à priuilegio familiæ suæ regiæ. (Erat enim Filius non tantùm Davidis Regis Israelitici, sed etiam Regis cœlorum, &c.) vers. 25. 26.
Κατάκρισις & diiudicatio, ex æquo & bono: Sed ne offendamus eos, &c. Vbi simul obseruabimus & modum acquirendi didrachma miraculosum: & ministrum acquisiti & persoluti tributi. vers. 27.

CAPVT

CAPVT XVIII.

Ambitus & contentio Discipulorum de primatu: cuius occasione Christus præscribit occasionem excellendi in Regno Dei per humilitatem, mansuetudinem, &c.

STATVS sigillum huius capitis est Regnum, definitum: Ἄνωθεν, siue solertia Christi, est Κεφάλαιον: hoc est, partim

Ἀπορία Discipulorum de eo, qui sit maximus in Regno cœlorum, &c. vers. 1.

Πραγματεία. Nam ipso facto, ὃς ἂν τοῦτο indicat Christus, quis sit ille maximus in Regno cœlorum. Pueri enim non affectant regna & dominatum: neminem offenduni: irritati etiam facile tamen placantur. Ergo qui in Regno Christi vult excellere, sit humilis, innocens, mansuetus, &c. vers. 2.

Λογικὴ, quâ explicat σχηματισμὸν & attributa eius, qui maximus est in Regno cœlorum. Sunt autem numero quatuor in hoc capite: videlicet

- Humilitas, animi, submissio. Tractatur hoc attributū παραινετικῶς. Hῆς παραινέσεως
  - Κατασκευὴ, ex humilitatis
    - Κατάστασις implicita: colligenda autem ex vers. 3 & 4. Imitamini pueros humilitate, animique submissione, &c. Vult enim eos esse pueros τῷ ἤθει: non ingenio & iudicio.
    - Adiuncto necessitatis. Nam sine vera humilitate non possumus ingredi Regnum Dei. v. 3. Additur ἐπιφώνησις à Christi asseueratione.
    - Effectu. Est enim submissio animi, proxima ad excellentiam via. vers. 4.
  - Ἀναιρεσὶν tacitæ obiectionis. Quia enim turpe & indecorum videri posset, humilitate pueros imitari, ostendit Christus quantæ dignitatis ij sint in conspectu Dei. Æstimationis argumenta deducit à
    - Comminatione bonorum. Sibi enim factum agnoscit, quod in pueros conferitur. vers. 5.
    - Cura & protectione Dei, qui Angelorum ministerio pueros custodiat. vers. 10.
    - Fine sui in mundū aduentus, siue incarnationis. Finis huius
      - Θέσις. vers. 11.
      - Ἔκθεσις παραβολικὴ. Similitudinis
        - Πρότασις. v. 12. 13.
        - Ἀπόδοσις. v. 14.
- Innocentia, ne quem dicto vel facto offendat. Scādali malum amplificatur ex adiunctis: nempe ex
  - Atrocitate supplicij, quod apud Palæstinos grauissimum fuit. vers. 6.
  - Necessitate hypothetica. Positis enim his causis (corruptis hominum ingenijs, & odio Diaboli erga Ecclesiam) fine etiam posito (vt electi probentur, &c.) ex hypothesi necesse est, vt scandala eueniant. Est ergo malum necessarium & ineuitabile. Cæterùm ὁ παραδιδοὺς grauissimâ exclamatione inuehitur in authores scandalorum. versu 7.
  - Modo cauendi scandala per ratiocinationem. Tantum malum esse, vt oculos potiùs eruere, & manus abscindere conueniat, quàm scandala fouere. vers. 8. 9.
- Iustitia, &c. Vide literam A.
- Mansuetudo erga resipiscētes. Tractatio huius attributi instituitur in genere
  - Didascalico, de modo condonandi proximo iniurias & offensas. Occurrit hîc
    - Petri quæstio de modo, certa numeri specie definito. vers. 20.
    - Christi responsio, qui modum ignoscendi constituit indefinitum. vers. 22.
  - Deliberatiuo. Quia enim carni nostræ aurū videtur toties ignoscere, &c. Christus ad eam rem cohortatur à periculoso, si detrectemus. Periculum illustrat parabola, cuius duæ sunt partes:
    - Πρότασις, in quo
      - Commendatur Regis bonitas & clementia. à vers. 23 vsque ad 28.
      - Vituperatur Serui malitia & ingratitudo. vers. 28. & inde vsq; ad 34.
      - Proponitur pœna malitiæ & ingratitudini debita. vers. 34.
    - Ἀπόδοσις, Sic & Pater, &c. Obserua Quis, qui, quid, & quomodo condonare debeat. vers. 35.

Æ. Iustitia duplex in corrigendis fratrũ delictis. Est autẽ correctio, sine correptio alia.

- Priuata, quæ cum fratre in nos iniurio suscipitur, arbitris vel
  - Remotis. *Correctionis huius forma est, arguere: hoc est, peccati grauitatem demonstrare, &c. Effectus autem lucrari fratrem, quia alias propter iniustitiam perires. Iniusti enim Regnum Dei non possidebunt. v. 15.*
  - Adhibitis: *Admonitionis huius motus idem est, qui & superioris. Scopus autem est, non tantùm iniustitiæ arguere: sed & coram testibus conuincere: ne apud Ecclesiam ignorantiam præsexat. verſ. 16.*
- Publica, quæ aliàs dicitur Excommunicatio. verſ. 17. Disciplinæ Ecclesiasticæ autoritas astruitur ex.
  - Effectu: *Ratum & firmum esse Ecclesiæ de pœnitentibus & impœnitentibus iudicium. Neque enim hic agitur de doctrina & verbo prædicato, eiusque comminationibus & promissionibus, sed disciplina morum. verſ. 18.*
  - Causa—
    - Adiuuante: *Pij scilicet precibus, earumque vi & efficaciâ. verſ. 19.*
    - Efficiente: *Præsentiâ Christi, Spiritu suo actionem dirigentis. verſ. 20.*

CAPVT XIX.

Sermones Christi de vita œconomica habiti.

In œconomia autẽ considerandæ sunt

- Personæ
  - Generantes. *Maris & fœminæ coniunctio: num quauis de causa sit dirimenda. Actionis huius disputatoriæ.*
    - Modus & forma in genere iudiciali, status
      - Locus & tempus. *verſ. 1.*
      - Personæ & testes. *verſ. 2.*
      - Iuridiciali:
        - Intentio, ζήτημα καὶ ἔγκλημα *Pharisæorum: Num liceat marito vxorem dimittere quauis ex causa. verſ. 3.*
        - Depulsio *Christi, reuocantis eos ad Legem primæ institutionis.* Ἐπιχείρημα ducuntur à coniugij
          - Materia: *Vni Adamo vnicã coniunxit Euã, Ergo vnus vnius coniunx maneat. verſ. 4.*
